BIBLIOTECA NAZ.
140
B
18
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT EMANUELE III
140
B
18
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

95.A.34



Dom. del' A. erra. F. N.

SEBETHI
VINDICIAE
SIVE
ANTONII VETRANI
DISSERTATIO
DE

SEBETHI ANTIQVITATE, NOMINE, FAMA, CVLTV, ORIGINE, PRISCA MAGNITVDINE, DECREMENTO, ATQVE ALVEIS

ADVERSVS

JACOBVM MARTORELLIVM.

ΕΠΙ ΣΜΙΚΡΟΙΣ ΝΟΟΣ ΔΙΑΦΑΕΝΕΤΑΕ ΑΝΔΡΟΣ.

NEAPOLI CIƆIƆCCLXVII.
EX TYPOGRAPHIA PACIANA.

VTRIVSQVE FACVLTATIS NVTV.

Magni Auctores .... & labuntur aliquando, & oneri caedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati, nec ſemper intendunt animum, & nonnumquam fatigantur .... ſummi enim ſunt, homines tamen.

Quintilian. lib. I. cap. 10. Inſtitut.

Veritatem in pace catholica pacifico ſtudio requiramus, parati corrigi, ſi fraterne, ac recte reprehendimur; parati etiam, ſi ab inimicis, VERA TAMEN DICENTIBUS, mordeamur.

Auguſtin. lib. II. de Trinit. cap. 9.

Non eſſe vitii hominem unum laudare in aliis, in aliis accuſare.

Hieronym. contra Ruf.

EXCELLENTISSIMO · AC · EMINENTISSIMO · PRINCIPI

DOMINICO · VRSINO

S. R. E. CARDINALI · MERITISSIMO

F E R D I N A N D I . IV.

VTRIVSQVE · SICILIAE . REGIS

APUD · CLEM · XIII · ORATORI

INCLITO · FELICI . MAGNANIMO

MVSARVM · PATRONO · PIORVM · SOLATIO

NOMINI, ATQVE AMPLITVDINI EJVS
DEVOTISSIMVS

ANTONIVS VETRANI.

SEBETHVS a noſtris Poëtis, agmen ducente Virgilio, tot, tantiſque carminibus ita celebratus, ut maximos etiam fluvios fama ſui nominis aequet, nunc a quo minime ſperandum erat illiberaliter impetitus, ſed juſtis Vindiciis cohoneſtatus; cum

Digitized by Google

jamdiu in litterariam lucem prodire velle videretur, interrogatus quo tenderet, & cujus in Patroni tutelam ſe recipere cogitaret? Ille enim vero, ſe potiſſimum ei viro Principi commendandum optare, cui non ſolum ſumma generis nobilitas, ampliſſimus familiae ſplendor, effuſa liberalitas, fortunarum copia, atque omnium virtutum decora, quae magnos Principes decent, quaſi haereditario jure a natura inſunt; ſed etiam qui Vrbem Neapolim magnanimis Heroibus foecundat, Neapolitanumque nomen ubique terrarum ſua eminenti virtute, ac dignitate tuetur. Huic Sebethi juſtiſſimo deſiderio ut facerem ſatis, vix dici poteſt, quamdiu conſilii incertus fuerim, donec animum cunctantem erexit, neſcio quae inſueta Vox, aut Inſpiratio, quaeque nunc etiam mihi in corde ſonat, jugique mentem motione percellit; ea enim me animo dejectum neſcio quo felici omine ita alloqui coepit: hem, quid agit Sebethus ille tuus, cujus Antiquitatem, Nomen, Cultum, Famam, veteremque Magnitudinem nova luce illuſtraſti? Cur in publicum prodire metuit? praeſertim hocce fortunatiſſimo tempore, cum latior undis Danubius in fauſtiſſimis Noſtri amabiliſſimi Regis FERDINANDI IV. nuptiis mox ſuis humeris cum Nympharum, Charitumque choro lectiſſimam Auſtriacae domus Regiam, optatiſſimamque Puellam, Orbis terrarum Ocellum; inter fauſtas notiſſimorum amnium acclamationes

tiones ad Sebethi clariſſimos fontes ſubvectet ſecum gratulaturus, quod tandem aliquando

Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia Regna,
Jam nova progenies caelo demittitur alto.

Cui egomet: quia Sebethus, qui ab injuriis vindicatus eſt, Patronum poſtulat ejusmodi virtutibus praeditum, ut e caelo vix exoptari poſſit. At illa confeſtim: quin tu bono animo es, quieſce, exporrige frontem. Nunc i propere, atque Sebethum tuum tecum adducito, ut eum Excellentiſſimo, ac Eminentiſſimo Principi DOMINICO VRSINO ſiſtas, atque commendes. Quem autem Patronum omnibus numeris abſolutum Sebethus voto fingere, aut ambire optavit, reipſa experietur. Interim ſcito, VRSINAM Gentem, cujus antiquitas in Patriae primordiis latet, Trojanum equum jure ac merito dicendam, unde quot viri, Heroës totidem prodierunt, quibus id propoſitum, & perfectum, non ut Trojam, immiſſis noctu facibus inflammarent, ſed ut Italiam, Europam, omnemque Orbem, effuſis undique maximarum virtutum luminibus illuſtrarent. Pleni illuſtrium geſtorum Annales. Plenae ad ſatietatem Hiſtoriae. Itaque ſi longo ordine pro temporum ratione VRSINAE domus Heroës, Heroideſque (Fortitudinis, Religionis, Fidelitatis, & blandiſſimae Fortunae graviſſima ſimulacra) celebrarentur,

pro-

profeĉto magnum opus, ingenſque lapis moveretur. Quis enim adeo imperitus rerum, qui VRSINORVM tot, tantoſque titulos, Principatus, innumera bello, & pace collecta ornamenta, & trophaea, ac florentiſſima cum Regum ſanguine connubia ignoret? quis majorum ſuorum egregias dotes, ac virtutes, pene divinas, quibus prae ceteris emicuerunt, admiratus ſaepius non eſt? Poſtremo quis neſcit tot praeclariſſimos viros ex hac Familia (quae ad dignitatem Romani Imperii, & tutamen Religionis divina Providentia nata eſt) non dicam Infula, vel Purpura, ſed ſuprema in Eccleſiaſtica Hierarchia dignitate fulgentiſſimos? quid quod ſi nulla veterum extarent monimenta uni loquerentur illi Sanctorum, Sanctarumque ex Gente VRSINA Faſti nonne id ſingulariſſimi inſtar triumphi eſſet? quod ſi in ipſum Excellentiſſimum, ac Eminentiſſimum Principem oculos conjicias, ſi ejus animi magnitudinem, elegans ingenium, rectum in re omni judicium perpendas, ſi denique ſummam ejus humanitatem, ac benevolentiam ſpectes; quid optabilius Tuo Sebetho accidere poſſit, equidem non vides, cum eum nanciſcetur Maecenatem, quem omnes uno ore delicium Muſarum, Munificum, Glorioſum nuncupant? His igitur replicatis intimioris animi cohortationibus, veluti admotis facibus impulſus eo audaciae progreſſus ſum, ut ego tantillus homo, ac poſtremi ordinis

ad

ad tuae Purpurae praetextam, Excellentiſſime, ac Eminentiſſime Princeps, accederem, atque hoc levidenſe litterarium munuſculum inclito Tuo Nomini conſecrarem. Patere itaque, ut mei ingenioli primitiae Tuo numine, ac praeſidio munitae in publicum prodeant, dum me interea, Purpuratae Amplitudini tuae devinctiſſimum profiteor; Teque ut nunc Romanae Eccleſiae digniſſimum Cardinalem, decori, & eruditorum hominum felicitati DEVS OPT. MAX. diu ſoſpitem ſervet, Neſtoreoſque annos concedat, enixe precor; ſic poſtea fatis addicentibus, cum iſthaec tua praeclariſſima virtutum inſignia ad ſupremum dignitatis inter homines Deo proximae Solium evexerint Te ſummum Eccleſiae Catholicae Hierarcham adorabo.

Dabam Neapoli IV. Cal. Octobr. CIϽIϽCCLXVII.

CUM intra breviſſimos duodecim dierum limites Editio iſthaec deproperata fuerit, mihi fugienti oculo typographicos errores expurganti plurima exciderunt, ad juſtam praeſertim vocularum graecarum compoſitionem, accentiunculas (Typographorum tormenta) & animulas ſpectantia: ea vero licet ab noviciis deprehendantur, tamen & ipſis cultioris notae legentibus veluti detergenda objiciuntur. Quae autem per ſaturam colligere potui nitido ſaltem iſthuc ordine apponam.

G R A E C A.

ERRATA	CORRIGE	ERRATA	CORRIGE
93 27. αὖ ἶται	εὖ ἶται	13. 33. ραρ	ζαρ
93. 38. μέρὶ	μηρὶ	133. 26. ἄρμοσ	αριμος
91. 39. ἑταίρσεις	ἑταῖροι	133. 40. νῶω	νοθ-
91, 40. ἶπω	εἶπω	135. 19. φ'λος	φίλος
92, 14. αμφινίσσης	ἀμφιηλίσσης	135. 24. γέσπν	φάπν
91. 15. ποτε	τοτε	135. 25. κεδναῖ	κεδνῆ
90. 4. Οτρωντῆς	Ορωντῆς	137. 36. αμεσος	αμετως
91. 5. Ενδα	Ενθα	142. 5. ἴτεσον	ἕτερον
67. 26. θεγατηρ	θυγατηρ	151. 32. τερεσκετο	τῃ ῥ ἴχετο
79. 14. Χρυσυσαωρ	Χρυσαωρ	135. 19. θεῖπ	θεσια

L A T I N A.

ERRATA	CORRIGE	ERRATA	CORRIGE
13. 5. conſulor	conſolor	203. 8. tuum	tuam
9. 23. ſufficiens	ſufficiens	43. 34. defendeat	defendat
22. 13. accomodari	accommodari	122. 34. corondis	coronidis
12. 10. nomen	numen	135. 8. axarſit	exarſit
85. 37. fluent	fluens	23. 4. Hexodi	Exodi
86. 5. noſtras	noſtros	225. 8. ſideles	fideles
21. 9. Troſani	Trajani	126. 8. terre	terrae
85. 4. tamque	tamquam	129. 33. hud	haud
203. 32. offentionis	offenſionis	136. 14. difficillillimo	difficillimo
145. 34. Virginibus	Virginio	189. 21. fabuloſam	fabuloſum
2. 20. vindicari	vindicare	148. 38. Bajane	Bajanae
159. 17. appellare	appellere	127. 30. Atnae	Aetnae
202. 28. factam	factas	44. 6. *poſt* inter	*add.* ſe
197. 40. generat	generant	44. 21. magis	maris

I T A L I C A.

ERRATA	CORRIGE	ERRATA	CORRIGE
68. 7. Graecia	Grecia	168. Cabari	Cabiri
74. 15. molto	molte	172. dal	del
19. 26. tuffoſſi	tuffoſſi	154. nome	nume
3. 12. E' la	E la	144. calor	color

G A L L I C A.

ERRATA	CORRIGE	ERRATA	CORRIGE
118. 13. an jor	au jour	118. 12. le fleuue	le fluve
118. 12. du fleuue	du fleure	ibid. de meuren	demeuren
118. 15. juequ'	jusq'	118. 21. lor ſqu'.	lorſqu'
118. 2. Iſràe lites	Iſràelites		

IPO-

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ

In queis, praeter ἀπολογητικά plurima, totius Diſſertationis argumentum, & ordo praemittuntur.

MIRABERIS cum primis me ex Levitarum ordine Juvenem, Animarum bono, ac ſacris praeſertim exercitationibus addictum, hic neſcio quo futili pruritu incaleſcentem nil niſi profana intonare, ac veluti mei muneris oblitiſſimum in muſtaceo gloriolam inquirere, inani honoris aura excantari, in leviſſimi momenti lucubratiunculis concinnandis operam ludere, ineptire, atque horarum tempus fruſtra conterere. Verum ſi bene ſapis, & pectus honeſto & τῷ πρέποντι incoctum habes, ea, quorum pleraque falſa ſunt, mira plane tibi videri non debent. Quippe dari & Chriſtianorum delicias, voluptates, innoxia gaudia, ſeu recreationes ecquis unquam denegavit? Atqui ſi SS. Patrum monitu, atque exemplo, cum animum recreare volumus, poſſumus hortos petere, fluentes rivos conſpicere, ingentes lacus conſiderare, amoena cernere loca, ac totius mundi pulcritu-

dine gaudere: quidni & animum graviorum Diſciplinarum ſtudio languentem ſobria profanorum ſcriptorum lectione relevare, aut aliquid huic ſimile ſubſicivis horis elaborare, atque in lucis auras oblectationis potius, quam altercandi gratia emittere? Quocirca me haec raptim ſcribentem, tot curis diſtentum, interque horrida Scholaſticorum ſenticeta irretitum aequo ferant animo univerſi, qui hanc elucubrationem lecturi ſunt. Praeterea nemo non novit, iſthaec omnia, quae ad unicam ſaecularium virorum provinciam amandaſti, cum ſacratioribus ſcientiis adeo copulari, ut pari ſemper incedant gradu, mutuo ſibi manus dent, atque nullo inter ſe divortio diſtrahantur.

Hinc veniam peto ab Cl. viro Jacobo Martorellio, de quo omnes mecum magnifice loquantur & ſentiant, ſi in ejus libros veluti profanas manus ea, quae ſemper licuit, libertate immiſcui. Placuit Neapolitani Sebethi, qui illuſtriorem reddit Campaniam, quam ſuus Helicon Graeciam, aut Hiſpaniam Iberus, peſſumdatum honorem vindicari. Verum ſi ceteris Martorellii opinamentis, ut ratio & ordo poſtularunt, obviam ivi: nemo me tamquam audaciſſimum, atque elati animi Adoleſcentulum traducat: etenim id mitiori, qua fieri potuit, refutatione, atque juxta ſeveriores honeſtae Criticae canones factitavi. Stupidiſſimus audiri malo, quam obſervandae caritatis violator. Si vero inter innumera aeque ac flagrantia tot argutationum diſſidia aliquid inſcio mihi ore exciderit, quod Cl. Martorellii famam violare videatur, id ut longe gentium amandetur, atque ut prorſus aboleatur volo. Ancipitem Martorellii ventilare doctrinam, non ipſum Martorellium vellicare mihi in animo fuit. Non ſum neſcius meam orationem ſin illepidiſſimam amarulentiam, ſaltem quid huic ſimile praeſeferre in ſumma ſpecie: verum ſi mea jam vireſcens aetas, mearum ſoliditas aſſertionum, mei Adverſarii ingens ardor, ac juſtiſſima ſummorum virorum, quam ago, apologia ſpectentur, certe mea legentes ab omni me tumoris labe expurgent oportebit. Univerſos rogatos volo, ut mearum potius rationum momentis, quam meo, ut ut ſit, refutandi modo reſpiciant. Meas opinationes propono, & confirmo; veſtes autem queis

eas

eas circumcingo, & fervidam, qua easdem tueor, elocutionem nihili vel parvi pendeo.

Ceterum, ego me meo pede metiri ſcio. Cauſſam coram omnibus ago. Singularis eſt Cl. Conſtantini locus egregius, quo me conſulor, eaque me deinceps apologia tutabor. Is in libro Venetiis edito an. 1749. (*Difeſa della ſentenza, che i fulmini diſcendono dalle nuvole*) haec illevit: *non può mai eſſere offeſa ad un letterato, che altri dimoſtri fallace una ſua opinione; come non è, che chi è verſato in altre materie erudite, non abbia intero lume delle ſpeculative*. Non uni dat cuncta Deus. *E' la ſcienza, e l' Erudizione ſono Paeſi così vaſti, Mari cotanto profondi, che non può mai un' uomo dotto averſi a male, ſe qualche coſa le viene dimoſtrato, ch' ei pria non vide. Il maggiore che abbiano fatto gl' inſigni Studioſi, è ſtato il conoſcere le limitate viſte dell' umanità, ed il guardarſi dalle ſeduzioni dell' amor proprio*. Et temeritatis nota eſſem ſane inurendus, ſi Cl. Martorellium hujusmodi dotibus, quae in eo maxime refulgent, carere addubitarem.

In toto Diſſertationis hujus decurſu opus, *I Fenicj primi abitatori di Napoli*, a Duce Michaële Vargas Macciucca nobiliſſimo, atque ingentis ſpei Juvene editum, ſub Martorellii nomine citatum invenies. Id vero duplici ratione factum eſt. Et quia in id opus plurimum adlaboravit eruditiſs. Martorellius, ut norunt univerſi, & ut in praefat. pag. VIII. ſingulari modeſtia atque ingenuitate Dux ipſe faſſus eſt: *Non ſoffro arrogarmi quello ch' è altrui, ingenuamente paleſo, che così creda chiunque amerà leggere queſta mia opera, che quanto ci troverà di buono, tutto è di lui, e mio ſoltanto quello, che ci ravviſerà di mal concio, e di cattivo*. Et quia quae in eo opere caſtiganda cenſui proprie Martorelliana ſunt, atque vivacem Martorellii indolem praeſeferunt, ut vel oculis capti videbunt, imo plurima totidem verbis proſtant in altero Martorellii opere *De Reg. Thec. Calam.* Sed purgationis & querelarum ſatis.

Quoad ordinem: ſymmetram rerum compoſitionem hac in Diatriba offendes, adeo reſpondent extrema primis, niſi me mei decipit amor, media utriſque, omnia omnibus. Et licet plurima tibimet aliena videantur,

importuna, & ἀσύϛατα; tamen ea ſi penſitaveris intimius, aut rem confirmant propoſitam, aut dictorum corollaria ſunt, aut in dicendorum gratiam, veluti in antecoenium praejaciuntur, neutiquam vero inter ſe pugnant, minimeque diſcordant, ſed inter ſe mutuo conciliantur ordine, & amice coſpirant. Ceterum Antiquarii vulgo, quod agitant, argumenti immemores aliena libarunt, aut tractarunt: atque ſummorum virorum auctoritate fixum ac ſancitum eſt Antiquarios, uti Pöetas hanc ſibi veniam facilem petere, ac viciſſim dare. Ita factitatum quidem eſt ab Cl. Martorellio, qui ingenti, & quantivis pretii operi, *De Reg. Theca Calam.* bina & longiora capita adnexuit, quaeque ipſemet novit ſanequam extranea, & ab ſuſcepto paſſim argumento ſe deduci ſivit, oblatiſque alienis diſcurſibus adhaeſit. Sed de his ſatis. Jam enim tempus eſt, ut rei argumentum, quod deinceps explicandum ſupereſt, perſequamur.

Quis fuerit Lycophron, quae ſcriptitaverit, aut quam mortem obierit, tradiderunt jam Tzetzes, Canterus, Meurſius, & Potterus, penes quem ultimum univerſa, quae de Lycophrone ſuperſunt, teſtimonia in unum collecta reperiuntur. Unum hic notandum duxi, Lycophronem nempe ante Platonis aevum minime victitaſſe, ut incauti eruere quirent ex latiali Diogenis Läertii ἐκδόσει in vita Mened. Reviſas Martorellium *De Reg. Thec. Calam. tom. 2. pag. 675.*: Tragicus is vates in Caſſandra flebile trium Sirenum fatum commemorans de Parthenope occinit verſ. 712.

> Τὴν μὲν Φαλήρυ Τύρσις ἐκβεβρασμένην
> Γλάνις τε ῥείθροις δέξεται τέγγων χθόνα,
> *Unam Phaleri Turris ejectam foras,*
> *Clanisque capiet flumine irrorans humum.*

Duplicem hunc tenebricoſum jambum ſic κατὰ λέξιν interpretatur Scaliger, licet pöetam hunc utpote σκοτεινοτάτον, id dedit operam ut verbis priſcis obſcuriſque exprimeret. Adi ſis Mazzochium *De ſub Aſcia pag.* 784. Liquet ex utroque jambo Lycophronem ceciniſſe Clanium fl. prope Neapolim urbem perfluxiſſe, quem potius diuturna exundatione circum Acerras fluctuaſſe te-

teſtatur Maro Georgic. 2. verſ. 225. & *vacuis Clanius non aequus Acerris*, cui ſuccinit Silius Punic. 8. verſ. 546. & *Clanio contemtae ſemper Acerrae*. Hinc Peregrinus Campanus pag. 190. Lycophronem incuſat, qui ad Neapolim Clanium pertinuiſſe occentavit. At Lycophronis patrocinium ſuſcipit Martorellius ibid. pag. 680. ubi aſſerit nullum amnem praeter Clanium excucurriſſe Neapoli viciniorem : adeoque Lycophronem recte ceciniſſe ejectam Parthenopen ab Clanio fore excepturam. Sed cum quispiam potuiſſet reponere Sebethum eſſe Neapoli propiorem Clanio: continuo occurrit Sebethi oſor aeternus Martorellius, & inclamat Lycophronem merito commeminiſſe Clanium & poſthabuiſſe Sebethum, *utpote aquarum indigentiſſimum rivulum, & veteribus vix notum*. Pro re nata connotat ex antiquis ſcriptoribus, qui Sebethum commemorarunt, nil poſſe colligi, niſi Sebethum fuiſſe aquarum pauperrimum rivulum, vel fontem, vel aquulam prae exiguitate rori comparandam & negligendam. Hinc ἀρχαιολόγους, qui pro tuenda ignobiliſſimi Sebethi fama & dignitate ad Aldinam epigraphen apud Gruterum 94. 9. provocant, vel ad bina verba NAMA SEBESIO, quae in tauri collo in ſacrificio Mithrae lectitantur, oſcitantia arceſſit, ac veluti indoctiſſimos ſubſannat, & commiſerandum Sebethum, ceu indebitae λατρείας uſurpatorem ex ἀθανάτῳ Deorum choro expungit, avellit, deturbat : edicitque hunc amniculum exteris vix notum, neque aediculam, neque aras promeruiſſe. Inde more ſuo recentiſſimum Sebethi etymon excudit, ex quo ejus μικρότητα, ignobilitatem, ac miſeriam deducit & confirmat. Irridet Pontanum & Sannazarium, qui Sebethum antiquo aevo ne nomine quidem notum, plenis carminibus concelebrarunt, & cuivis fluvio antetulerunt, veluti ſi eſſet Sperchius, & Scamander. Demum in Indice verborum lectores invitans ad Neapolitani Sebethi miſeram conditionem detegendam, haec enotavit: *Sebethus parvus fl. juxta Neapolim veteribus vix notus: etiam etymon praeſefert fuiſſe ποταμίσκον nullius famae*. Tantumne eſt Sebethi infortunium, ut ipſosmet ὁμοπολίτας ſcriptores ſibi infenſiſſimos pati debeat ? Heu! nunc illum merito cum Actii Barcinio alloqui poſſumus Ecl. 12.

 Dun-

Dunque, miſer, perchè non rompi e ſcapoli
Tutte l'onde in un punto, ed inabiſſiti,
Poichè Napoli tua non è più Napoli?

Martorellius ibid. pag. *668.* irarum pleniſſimus Caſaubonum, Gorium, univerſumque Grammatiſtarum gregem flagellavit, quod Eunoſtum, quem coluerunt Neapolit. Φρήτορες Εὐνοστεῖδαι ab ſelectiſſimo Deorum choro expulſum inter ſubruſticos piſtrinorum molarumque Deos amandaverint; omnibusque, ut ajunt, unguibus & nervis continentiſſimum hunc adoleſcentulum ab viliſſima piſtrinenſium officinarum, & molarum tutela vindicavit. Eccur & ego eadem pietate impulſus ſimillimam pro noſtro Sebetho cauſſam non ſuſcipiam, quem Martorellius nimis ingratum ſe praebens non ſolum ex Deorum canone dejecit, ſed illum nullius veluti exiſtimationis, ac nominis fluviolum omni dedecore oppreſſit? Sane quae de hoc noſtro, atque omnibus dilectiſſimo fluvio illevit Martorellius, & inficeta ſunt, & injuria, & quae inulta abire nequeunt. Rerum ubertate dicendarum pene obruor, ac tanto oneri ne ſuccumbam, in certa veluti capita argumentum partior, ut ordo ſaltem in dicendo ſervatus multiplicem diſputationis materiem facilem reddat fluentem expeditiſſimamque. Ac primo ſtatim controverſia illa veniat in medium, quae eſt fundamentum ceterarum. Num Sebethus antiquiſſimus ſit? E veſtigio ſequetur altera circa veram Sebethi nominis indolem. Succedet ſuo ordine tertia. An Sebethus antiquo aevo magna ſui nominis gloria fluitaverit? Quarto loco quaeretur, utrum veteres Neapolitani aliquo religionis cultu Sebethum honeſtarint? Hinc quinto de ejus origine loquemur. Sexto inveſtigabimus an Sebethus olim uberrima aquarum copia tumidus effluxerit; ac ſeptimo de ejus diminutionis cauſſis. Poſtremo de ejus alveis dicemus.

VINDICIAE SEBETHI NEAPOLITANI

CAPUT PRIMUM.

DE ANTIQUITATE SEBETHI.

I. PHOENICES (primitus dicti apud Homerum Odyſſ. Σιδόνιοι , imo & Il. Ψ Σιδόνες : quippe ab illo Sidone propagati, quem Moſes X. 15. Chanaanis primogenitum facit) longe lateque vagatos , plurimas per Europam ſtabiliiſſe colonias , maxime in Italia , Hiſpania , Graecia , aliisque pluribus maritimis locis ita demonſtrarunt Bochartus , Huetius , Clericus , Galeus , Mazzochius aliique , ut poene taedeat pigeatque eandem iterum atque iterum telam retexere, novoque opere redordiri . Praeter autem Phoenices extitiſſe & aliorum Chananaeorum a Joſua pulſorum per orbem veſtigia ſcitum vulgatumque eſt . Verum Martorellius hujusmodi Orientales Colonias Neapolim potiſſimum adventaſſe

evincere conatus eſt in ſingulari libro (*I Fenicj primi abitatori della città di Napoli*) cujus ſumma huc redit: *ſembra anzi certo, che i Fenicj ſi furono la prima gente, che occupò la noſtra campagna, teſtimonj i vocaboli di quaſi tutt' i luoghi de' noſtri lidi, e ſpecialmente quei, che nomina Omero per ragion del viaggio del ſuo Eroe. Indi nella ſeconda parte dell'opera s'uniſcono tanti nomi orientali di noſtra città, il Nume, il Conduttore, l' età, nella quale ci ſi portarono i Falegici, ed i Fenicj, e queſta età ſi conferma con una iſtoria, che ci ha traſmeſſa Omero, e colle due famoſe epiſtole de' Tirj, e de' Sidoni di Pozzuoli*. Quare Auctor poſtquam evicerit pro modulo ſuo nomina *Parthenope*, *Phalerum*, *Aminei*, *Hermus*, *Patulcus*, *Echia* phoeniciam redolere originem, ad limpidiſſimum tandem noſtrae principis urbis flumen (ita illud vel ab initio appellitare mihi benigniſſime concedatur) devenit, quodque Sebethum orientali ῥῆσι a Phoenicibus eſſe nuncupatum aſſerit. Nullus adhuc aſſurrexit, quod meminerim, qui hac una in re meo Martorellio refragantem ſe praebuerit, aut minime aſſentiri auſus ſit, cum contra paſſim audias, etiam ex doctiorum collegio, qui cetera Martorelliana etyma in minimis habeant, vellicent, derideant, & quidem non ſine gravi ratione. Ecquis enim vel rationis mica pollens unquam ſibi ſuaſerit, *Cajeta*, *Formiae*, *Lami urbs*, *Minturnae*, *Veſcia*, *Vulturnus*, *Liternum*, *Cumae*, *Inarime*, *Epomeus*, *Typhoeus*, *Prochyta*, *Miſenus*, *Bauli*, *Lucrinus*, *Puteoli*, *Avernus*, *Gaurus*, *Laboria*, *Campus Phlegraeus*, *Hamae*, *Acheruſia palus*, *Herculaneum*, *Pompeji*, *Stabiae*, *Veſuvius*, *Summa*, *Sarnus*, *Surrentum*, *Capreae*, *Cicones*, *Iſmarus*, Ὠκεανός, Λωτοφάγοι, Ἐλάχεια, Κύκλωπες, *Aeolus*, *Loeſtrygones*, Μῶλυ, Αἰαίη, *Elpenor*, Κίρκη, *Pontia*, *Aethyops*, *Gorgones*, *Meduſa*, *Pegaſus*, Ἀτρύγετος, Χρυσάωρ, Ἐρυθεία, Ἄτλας, Κίων, Προμηθεύς, Νάρθηξ Πυγμαῖοι, *Cimmerii*, Περσεφόνεια, Ἀΐδης, Κέρβερος, Στύξ, Κώκυτος, Πυριφλεγέθων, Ἀχέρων, Ἔρεβος, Μίνω, Ῥαδάμανθυς, Ἠλύσιοι, Ἀσφόδελος, Μαλάχη, Ἀνθεμόεσσα, λιπαρὰ, πλαγκταὶ, πλωτὴ, σκύλλη, Χάρυβδις, Θρινακίη, *Ortygia*, Καλυψώ, *Ogygia*, Σχερίη, Φαίηκες, Ἰθάκη, *Penelope*, & ſexcenta alia hujusmodi phoenicia eſſe nomina, cum eorum plurima graeca ſint

ſint & latina? Ut autem id generis etymon, queis Martorellii libri, quos non inficete *Etymologica* dixeris, a vertice ad talum referti ſunt, falſitas ſimul, & inutilitas deprehendatur, unum & alterum hic expendere ſat erit. Ac primo quamobrem, Martorellium alloquor, Sidonii parvae illi inſulae, quae *Neſis* latine, *Niſita* vulgo audit, orientale nomen minime impoſuerunt? Reſpondet pag. 15. *Neſi è voce interamente Greca, e ſarebbe ſollia trarla dal parlar Fenicio*. Hanc ſubdit rationem: *Ognuno può penſare, che non tanto per la picciolezza, quanto per l'aria e l'alito maligno, che la circonda non rendendoſi abitabile, i Fenicj non curaronla, e non le diedero nome*. Verum haec luſitantis ingenii nugae ſunt, ideo enucleandae penitus, ne quemquam fucatis verborum lenociniis delinitum circumveniant. Vera, genuina, ac propria ratio, cur *Neſis* non eſt vox phoenicia apud Martorellium, certe fuit, quia nempe ex phoenicia radicula extrahi nullo modo potuit, cum vel pupuli noſcitent *Neſin* a Graecis vocitatam, quia parvula eſt. Si autem hujus voculae ſonus, vel ſyllaba ex hebraeo fluere vel umbratili quadam analogia potuiſſet, diſpeream, ni Martorellius ſidoniam eſſe dictitaſſet. Ceterum peſtilentiſſimus hujus inſulae aër ratio ſufficiens non eſt cur ei nomen indere Phoenices recuſarunt: imo peculiaris haec ejus loci qualitas cum peculiarem in Phaenicum animis ſenſum excitaret, ut ſibi nomen facerent poſtulabat, non ſecus ac Veſuvius ex eo, juxta Martorellium, dictus, quod *inibi flamma* concipitur, ita & iſthaec inſula ex eo dici debuerat, quod corrupto aëris tractu colonos reſpuebat. Iterum percontor, quamobrem *Limon* phoenicia vox non eſt? Reponit Martorellius pag. 51. *quia graeca eſt, ſignificatque* pratum. En fucum. Graeca eſt quia ea voce bene utitur Martorellius ad firmandum Harpyias (quae ἐν λειμῶνι paſcebantur) extitiſſe in regione Bajana. Contra ſi Martorellius haec foediſſima monſtra Puteolanis oris victitaſſe inculcare noluiſſet, firma mihi perſuaſio eſt, quod quidem jactitaſſet *Limon* graecam non eſſe vocem, quemadmodum fidenter nimis adverſus omnes aſſeruit *Limon* inſulam non eſſe: *ma una grande, e bella praterìa*. Quocirca advertat in poſterum Cl. Martorellius, quem & ego

ego ſumma veneratione proſequor, *ne*, quod clamabat. Huetius Dem. Evang. cap. 13. *ne quod in duobus, ſi forte, tribusve ſucceſſerit nominibus, ad reliqua aeque prorogare ſe poſſe ſperet: caveatque ne aliqua ſyllabarum, ac ſonorum concentione deceptus ſibi ipſi fucum faciat*. Huc quoque ſpectant quae de Bocharto jam dixerat Ezechiel Spanhemius in Obſerv. in Callimac. pag. 169. *Adeo ut hic non debuerit vir magnus, ſicut nec ſaepe alibi continuo in Orientem confugere, ubi erant in medio poſita, quae rem de qua agebatur liquidam redderent*. Canonem hunc nuperrime variis exemplorum acervis elucidavit Antonius Genuenſis, cujus lucubrationes mihi delicium ſunt, & magis magisque firmavit ad calcem Logicae, quam italice edidit an. 1766. Quae vero praeſcius illevit Martorellius praef. XXIII. nil evincunt, niſi aliquando Artem Etymologicam utiliſſimam eſſe, quod quidem evidens eſt: exinde vero minime elicitur, quod qui ſuſpectiſſima hac utilitate deluſi, ut eruditionem ſuam manifeſtent, nova indeſinenter, ac futiliſſima etyma nobis obtrudunt, tamquam nugaciſſimi circulatores rejiciendi non ſint. Saepius objectant, ideo Etymologiarum ſtudium aperte contemni, quia orientales linguae ignorantur, vel quia tantum metaphyſicae res adlubeſcunt. Quid facias iſtis? Igitur, quod innuebam, Sidonii, primi Campaniae coloni, non omnibus urbibus, fluviis, lacubus, inſulis, collibus cet. nomina dederunt. Hinc noſtri Mazzochii ſummam prudentiam nusquam commirari deſinam ajentis in tota noſtra Campania terna tantum adeſſe nomina orientalis originis h. e. *Capua*, *Acerra*, *& Thianum*. Reviſas Diatribam V. *De' luoghi della Campagna, che dalle lingue orientali traggon l'origine, Acerra, Tiano, e Capua in* tom. 3. Acad. Cort. pag. 38.

II. Quibus & Sebethum adnectere mihi placuit, non quia futilem cum phoenicio *Sabat* praeſefert analogiam, ſed ob rationem longe nobiliorem. Amabant ſane Phoenices loca haec noſtra homonyma iis, unde profecti, facere, ut in Thuſcis Origin. Romae editis evicit jam Mazzochius. Unum & alterum ex millibus exemplum in medium producam. Audiatur Laurentius Cajetanus Fabbri Florentinus in Diſſert. Lucae 1753. *Dell' Origine*

ne di Firenze. E' certo il fiume Arnon un fiume era, che bagnava una parte di quei fertiliſſimi luoghi della Paleſtina. Ora lo nome del fiume Arno, che il medeſimo ſi è di quella della Paleſtina.... ſerve a me di argomento probabiliſſimo per indurmi a credere, che quella gente della Paleſtina, che quel lor fiume veduto avevano, e praticato, a queſto noſtro per la naturale affezione, e per la indelebile ricordanza delle coſe di quel Paeſe abbandonato il nome ſteſſo imponeſſero. Idem confirmat M. Maffeus in Diſſert. *Degl' Itali primitivi* pag. 218. ac *Arni* nomine utitur ad comprobandum gentes ex Chananea, vicinisque regionibus in Etruriam fluxiſſe. Eodem ferme modo Eridanum *Padum* vocitarunt eo quod per camporum immenſam planitiem excurreret: *Padan* enim, auctoribus Aben Eſra, & R. Salomone, planum campeſtre atque ſativum notat. Quinque autem campeſtres planicies cum addito *Aram* in ſcripturis nuncupari docuit Mazzochius Spicileg. 102. n. 2. *De quintuplici Padan*. Eodemmet modo ſollemne & Phoenicibus fuit cognomines per orbem Colonias diſſeminare. *Hinc*, inquit Bochartus Phal. 11. 27. *in mari Perſico alii Sidonii, altera inſula Tyrus, & Aradus altera: & in Hiſpania nova Carthago: & in Bœtia alterae Thebae: & in mari Cretico altera Byblus: & Tharſis in utroque mari. Omnia enim haec nomina impoſuere Phoenices.*

III. Haec cum ita ſint, certe in Paleſtina extitit jam flumen quoddam *Sabatus*, *Sabbaticus*, *vel Sambathius* nomine, de quo inferne plurima dicturi ſumus: nil igitur nos vetat dicere Phoenices noſtrum hunc fluvium *Sebethi* nomine vocitaſſe, eo quod orientali illi fluvio ſimillimus efflueret. Haec magis firma & luculentiora fient, cum noſtrum Sebethum cum Paleſtino Sabato conferamus. Cornelius a Lapide in Cantic., Adricomius, Auguſtinus Lubinius, Regis Chriſtianiſſimi Geographus, aliique propugnant *Sabbaticum* eundem eſſe ac *Fontem Hortorum*, de quo in Cantic. legitur IV. 15. *Fons Hortorum: puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano*. Univerſi vero s. terrae Topograhi, qui *Fontem Hortorum*, ſeu *Sabbaticum* deſcribunt, noſtrum Sebethum (qui potiori ratione *Fons Hortorum* dici deberet) deſcribere videntur. Audi ſis Jac.

Vi-

Vitriacum Hiſtor. Jeroſolymit. 1. 23. *ad pedes autem Libani montis in partibus illis oritur fons amoeniſſimus, aquas habens limpidiſſimas, quae per quosdam ſubterraneos meatus fluunt.. omnes Hortos regionis copioſe irrigantes*. Et cap. 43. *habet aquas limpidiſſimas, intrinſecus ſcaturientes, quod omnia pomaria, & hortos olerum, & univerſam irrigat regionem*. Brocardum: *Ad cujus* (Libani) *pedem oritur... habens quidem ſcatebram humilem, ſed illico tumens fit fluvius magnus, irrigans, & fecundans Hortos, & totam regionem*. Eadem recitant poſteriores s. Topographi: ſed ante omnes Willermus Tyrius lib. 7. Bell. ſacr. cap. 22. Quid moror ipſum Adricomium, qui hunc Fontem ex Saligniaco, Bredembachio aliisque ita graphice depinxit in Deſcript. ter. s. pag. 107. *ex monte Libano procul a Tripoli ſex millibus paſſuum cum impetu ſcaturit, ac brevi ſpatio auctus in vehementem curſuque velocem fluvium excreſcit, ſuisque aquis, quae limpidiſſimae, frigidae, & dulces ſunt, omnes Hortos (unde & fons Hortorum vocatur) totamque regionem irrigat & fecundat*. Quorſum haec? Nonne Sebethus, praeter magnam aquarum copiam, quam cur ſenſim ſine ſenſu amiſerit, infra inveſtigabimus, *Fons Hortorum* eſt? nonne totam regionem, quae inter Veſuvium, & Neapolim eſt, irrigat, ac fecundat? Nonne ejus aquae viventes, argenteae, illimes, ſalutaresque ſunt? Cum igitur tam paria inter ſe haec duo flumina fuerint, recte aſſerimus Phoenices unum idemque nomen ambobus feciſſe, praeſertim, cum ut dixi, loca haec noſtra homonyma iis, unde profecti ſunt, facere ſtuduerint.

IV. Ex hactenus dictis colligere licet, Sebethum vetuſtiſſimum eſſe, cum Sidonii illum uberrima aquarum vena jam fluitantem inviſerint, non ſecus ac eorum *Sabbaticum*. Hi vero, ut conjectatur Martorellius, ante Trojana tempora, ſeu paullo poſt mortem Joſue, qui obiit an. 1439. ante Chriſtum, Italiam venerunt: imo Theodorus Richius autumat primam coloniam (filiorum Javanis) latium appuliſſe poſt Babelicam diſperſionem. Mazzochius vero in *Lamin. Heracl.* pag. 73. in Richii pedibus ire ſententiam videtur: in Spicileg. tamen tom. 11. pag. 206. Martorelii ſententiam minime

nime rejicit, & tandem pag. 208. utramque ampleƈtitur. Ego autem Bocharti, & Theophili Galei conſilium ſequor nil hac de re tenebroſiſſima diſceptantium. Verumtamen, ut ut ſit, probatum jam remanet, Sebetum antiquiſſimum eſſe.

V. Hinc conſtat Marchionem Trivici, & Bartholomaeum Maranta, ceteroſque, ſi qui ſunt, infeliciter in errore verſari, *i quali* (ait Summontius lib. 1. pag. 237.) *credono, che il fiume Sebeto non ſia queſto, ma l'acque, che venivano da Serino pigliando il nome dal fiume Sabato, che così finora da' paeſani è nominato, e che poi per l'alterazione del vocabolo ſia detto Sebeto, e che tutti gli Autori antichi, che fan menzion del Sebeto in Napoli intendeſſero dell' acqua del fiume Sabato, che ſcorreva da Serino*. Futiliſſimum commentum ita exufflat Capacius lib. 2. 435. *Qui Sebethum cum Sabato ita conjungunt, ut eundem eſſe arbitrantur, nefas mihi facere videntur*. Hanc ſubdit rationem. *Sed easdem aquas . . . deperditas emergere, tam abſurdum eſt cogitare, quam nullo pacto fieri poteſt, ut e Sirino 3000. millibus paſſuum itinere abſconditae aquae laberentur, cum praecipue duriora ſaxa occurrant, quae niſi ferro perforentur aditum exitumque dare nullo modo poſſunt*. Sed his non indigemus: nam quiſque experitur, ut argutatur idem Summontius, *non eſſer veriſimile, che tanti Poeti ed autori antichi abbiano voluto celebrare un fiume, ed acqua, che non ſi vedeva, e che andava per coverti aquedotti, come quel di Serino: Dippiù Vibio Sequeſtre, autore antichiſſimo, dice il fiume Sebeto eſſere in Napoli, il che non ſi potria verificare di quel di Serino, il quale non è altrimenti in Napoli, nè anco l'acqua, che veniva da Serino in Napoli per aquedotto era altrimente fiume; del che non avrebbe fatto menzione, eſſendo il ſuo intento diſcorrere non di aquedotti, ma di fiumi. Gli Scrittori, che fiorirono prima dell' imperat. Claudio, autore dell' acquedotto di Serino fanno menzione del Sebeto in Napoli, come Virgilio, che fiorì e morì a tempo di Giulio Ceſare, tal che non parlò dell' acqua di Serino, che a quel tempo non veniva: dippiù Colomella, che fiorì a tempo di Claudio, chiama Napoli* roſcida, *cioè irrigata, ovvero irrugiadata dall' acque di Sebeto,*

beto, il che per forza del vocabolo, più conviene al fiume, che all'Aquedotto. Sabatus autem, qui a Benevento delatus Vulturno miſcetur, ut ait Cellarius, ex veteri monumento an probari poſſit, aut mentio ejus inveniri, dubito: niſi quod Livius in hoc tractu *Sabatinos* populum memorat lib. 24. cap. 33. ut videri poſſit, ſicut viſum eſt Cluerio, oppidum flumini fuiſſe appoſitum, forſan *Sabatie* nomine, unde denominati ſunt *Sabatini*, ſed ubi illud fuerit, ſi fuit, ignoratur. Non me fugit Leandrum, Ortellium, ipſumque Summontium ratos eſſe Sabatum Beneventanum *Samnii* nomine ſignatum fuiſſe ab Floro: verum hoc falſiſſimum eſt: en Flori verba: de Bell. Samn. *Hos tamen* 500. *annis per Fabios, & Papirios patres, eorumque liberos ita ſubegit ac domuit, ita ruinas ipſas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur*. Quaenam hic vel minima fluminis mentio? Diſſidium quidem inter Criticos non leve fervet, an vox *Samnium* regionis tantum nomen ſit, ut tenuit Cluerius, an cujuſdam urbis, ut maluerunt Paullus Diac., Jo: Bononius in Not. ad Cluer. lib. 4. aliique: utrum vero cujusdam fluvii nomen fuerit, neſcio cur id dubium Leandro primum obvenerit, inde Ortellio, quos ſecutus eſt tandem Summontius. Nonnulli rurſus Sabatum Samniticum tuentur ſaltem ab Antonino in Itiner. fuiſſe commemoratum: verum is Ocinarum innuere voluit, qui & Sabatus dicitur, quemque *Bati* nomine ſalutavit quoque Plinius, ut videre eſt in opere Cluerii *Italia Antiqua* pag. 1288. Antequam autem hinc abeo, animadverto: Livius 23. 25. dum ad Beneventum parte altera Annonis ex Brutiis, altera Tib. Gracchi ex Luceria acceſſum memorat, de Calore quidem amne mentionem facit, ad cujus ripas Annonem caſtra poſuiſſe notat: de Sabato autem, quem Gracchus (qui primo oppidum intravit) aut tranavit, aut ſecus ejus oram exercitum traduxit, aut ſaltem inviſere debuit, altum ſilentium. Et inferius ejusdem Gracchi infelix fatum deſcripturus ait, *ſunt qui in agro Beneventano prope Calorem fl. oſtendunt, a caſtris cum lictoribus, a tribus ſervis lavandi progreſſum: cum forte inter ſalicta juncta ripis laterent hoſtes, nudum atque inermem, ſaxiſque*

quae

quae volvit annis propugnantem interfectum. Hinc ſubdit aliorum opinationem ajentium Gracchum prope Beneventum, fortaſſe ſecus Sabatum, circumventum, nil vero de Sabato adnectit. Ibidem: *Fulvius profectus nocte Beneventum, moenia eſt ingreſſus* cet. & alia plurima juxta Sabatum geſta refert, nil autem habet de Sabato, quem nunquam memoravit, cum etiam memorandi opportunitas erat. Quae omnia ſatis oſtendunt Sabatum plurium ſeculorum curriculo *ἀνώνυμον* effluxiſſe. Neque in Actis S. Hippolyſti Antiochenſis, qui enn. 303. prope Tripaldam martyrii palmam adeptus aſt, ulla ſit mentio Sabati: hinc adhuc quaeritur, an S. Martyr in Sabato vitam finierit, an potius in vicino Tripaldo fl., qui per Salſulae fines curſitans Tripaldae muros alluit ex parte orientali, ac tandem in Sabatum ſe infundit, ad cujus ripam ſilva eſt peringens latronum domicilio infamis, quae ab amne vicino *Tripaldina* audit. Vero tamen ſimilius eſt S. Hippolyſtum in mediis Sabati Serinenſis gurgitibus innocentiſſimam animam efflaſſe, cum in ejus Actis legatur: *ſanguis ejus, qui oram fluminis tinxit aquam eo in loco ſalutiferam, & piſces manſuetos reddidit*. Videſis Bollandianos. Id vero phoenomenon in Sabati vadis non uni piſcatores experiuntur. Hinc Rugerius in vita S. Hipp. inquit: *Franciſcus Paſcha civis meus retulit mihi, piſcatores aliquos id fuiſſe teſtatos nim. in aliis ejusdem fluvii* (Sabati) *partibus, aliquando piſces, vulgo trottas nuncupatos non potuiſſe capere: in ea tamen fluvii parte cepiſſe. At certe non magni momenti res iſta mihi videtur: conſideratione tamen dignum cenſeo, quod ſaltem circa Martyrii tempora anniverſaria nocte feſtivitatis ejusdem ſancti lumina quaedam, veluti faces accenſae intus aquam praedicti fluvii cernebantur*. Aliquid huic ſimile tradit Ferdinandus del Caſtillo 1. part. hiſt. 5. Dominic. lib. 1. cap. 63. Nec quidem Prudentius in hymn. περὶ στεφάνων XI. 115. Sabatum fl. innuit

Per ſilvas, per ſaxa ruunt: non ripa retardat
Fluminis, aut torrens oppoſitus cobibet.

Quippe piiſſimus vates non alium Hippolytum illaudat hoc in hymno, praeter Portuenſem martyrem cele-

Digitized by Google

leberrimum, cui haec omnia optime competunt. Neque amplius audienda eſt plurium opinio blaterantium vatem noſtrum hoc in hymno ex tribus Ss. Hippolytis, uno quem laudavi, Epiſcopo Portuenſi, altero Antiocheno Presbytero, & tertio milite Romano, unicum conflaſſe. Prudentii autem verba, quae Hippolyto Antiocheno in Rom. Martyrologio recentiori aptantur in nullo ms. aut excuſo habentur ante Baronii recenſionem. Legeſis Ruinart. Act. prim. martyr. pag. *168*.

VI. Quamobrem ludit luditurque (pace ſua dixerim) rerum Abellinenſium Scriptor F. Scipio de Bona, qui pag. 5. fidentiſſime pronuntiavit fl. Sabatum ab urbe *Sabatio* ab Sabatha Chuſi filio condita ſibi nomen feciſſe. Haec autem gerrae ſunt nugaeque leviſſimae in quibus diſcutiendis opus non eſt, ut anxie laboremus. Hinc Cluerii & Cellarii praeſertim nobis ſe ſe offert miranda prudentia nil certi hac de re ſtatuentium. Ergo unde, mihi nonnemo obmurmuret, *Sabatini* populus ſibi nomen corrivavit? Ajo id nomen totius regionis eſſe, minime vero cujuſdam oppidi, cur autem ita dictum ſit inferne diſcutiam in cap. ſeq. Id unum nobis exploratum eſt, vulgo non oppida fluminibus, verum haec potius illis nomina feciſſe. Eccur autem Beneventani Urbi viciniſſimum fluvium *Sabatum* dixerint in ſequiori aetate divinare difficile prorſus eſt ac arduum. Conqueror de Cl. Canonic. Joanne de Vita, ſelectiſſimi Antiquitatum Beneventanarum Theſauri, Romae editi 1754. Auctore, quod hanc rem ad ſuam patriam maxime ſpectantem minime attigerit: ex hoc doctiſſimo viro haud parum luminis expectabam, ſed tandem omni me ſpe defraudatum reliquit. Si quis tamen in re obſcuriſſima conjecturis eſt locus, exiſtimaverim Beneventanos proximum amnem *Sabatum* dictitaſſe, eo quod Neapolitano Sebetho ſimillimus excurreret. Revera Beneventani propriam urbem altae Neapoli in omnibus perſimilem facere ſtuduerunt; quod eo advertit vel Carolus. Creſconius in quadam panegyrica oratione.

CA-

CAPUT SECUNDUM.

DE NOMINE SEBETHI.

I DE non unis ac inter ſe adverſantiſſimis Sebethi, vel Sabati etymis locuturus, haud multus ero. Affectiſſimum quod de Sebetho etymon excogitavit Martorellius, ne crambe repetita lectorem occidam σὺν Θεῷ infra cap. VI. excutiemus: ſiquidem conjunctam habet ingenitamque Sebethicarum aquarum paupertatem. Quid eſt ergo de noſtri Sebethi nomine dicendum? Quirem hic aliqua ſonorum, ac ſyllabarum concentione adjutus aliud ejus nominis, & inauditum thema inducere, idque uberrima congruentiarum ſegete, nitidisque Philologiae floſculis mirum in modum confirmare: verum ne veritatem nebulis obducam, vel imperitis fucum faciam, ingenuus me retineo. Sat erit audire Cluerium pag. 525. hac de re ita ſantem: *Haec derivativa vocabula* Sabatinus, & Sabatius, *quæ lacui tribuuntur* (& cuidam agro apud Columellam lib. 8. c. 16. ſicuti & tribui illi, cujus meminit Livius lib. 6. quaeque an. CCCLXVI. cum Stellatina, & Trementina fuit reliquis addita) *haud dubie indicant fuiſſe quondam hic aliud quiddam nomine* Sabate, *ſive* Sabata, *unde id cognominis lacui quaeſitum:* & Cellarium: *ex veteri monumento an probari poſſit* (Sabatus) *aut mentio ejus inveniri, dubito: niſi quod Livius in hoc tractu* Sabatinos, *populum memorat* lib. 24. 33. *ut videri poſſit oppidum flumini fuiſſe appoſitum, forſan* Sebatie *nomine, unde denominati ſint* Sabatini. Eccur vero Cellarii oppidum iſthoc dictum ſit *Sebatie*, & unde illud *quiddam* Cluerii (ſive urbs, ſive pagus, ſive ager cet.), dictum ſit *Sebate* conjector quivis arioletur, & erit mihi verus Apollo. Quam reconditi ſint hujusmodi verbulorum natales oſtendit jam tot doctiſſimorum hominum experimentum, qui in ipſa *Sabbati*, quo nomine VII. diem deſignant Judaei, origine rimanda miſere caecutierunt. Lactantius lib. 7. *divin. Inſtit.* cap. 14. Sabatum a numero ſeptimo dierum, dici credidit. Quid

B pue-

puerilius? Appion Alexandrinus apud Joſeph lib. 1. Aegyptium putavit vocabulum, quia Aegyptii exacto ſex dierum itinere, inguinum ulceribus affecti ſunt, & hac de cauſſa ſeptima die quieverunt incolumes in ea regione conſtituti, quae nunc Judaea dicitur. Nam inguinis morbum Aegyptii vocant *Sabbatosni*. Quid impudentius dici potuit? Idem tamen effutire videntur plerique inanes noſtrae aetatis erudituli, qui profanorum Scriptorum, Herodoti praeſertim auctoritate citi, & Marshamii Angli ratiunculis ſuffulti hebdomaticum dierum orbem ex Aſtrologica Diſciplina, atque ex intima Aegyptiacae antiquitatis penu depromtum fuiſſe deblaterant. Verum nebulones hi, qui tenebroſam Aegypti noctem prima luce antiquiorem cenſent, ignorant, antequam Aegyptus eſſet in Mundo, ſeptimum diem cultui ſacro fuiſſe deſtinatum. Adi Huetium Dem. Evang. pag. 168. Agedum, ad alia regrediamur. Plutarchus lib. 4. symp. probl. 2. *Sabbatum* dictum putavit a Baccho, quem vulgus Σαββις, vel Σαββυς appellat, quaſi eo die Bacchum colerent Judaei, vel ex eo quod *Sabbatarii* ſe ſabbatis ſolerent cibo, vinoque replere. Tabernaculorum quoque feſtum, quod poſt collectas fruges & vindemiam agebatur, Bacchicam quandam celebritatem, & θυρσοφορίαν eſſe cenſet, Sabbatumque meram fuiſſe Βακχείαν infrunite calumniatur. Hinc *Sabis* Arabum non eſt alius, ac *Sabus*, quod Bacchi cognomen eſſe nemo eſt qui ambigat: Arabes enim, ſub quorum nomine ſaepe veniunt Palaeſtini, ut poſt Relandum, Seldenum, & Bochartum jam vulgatum eſt, Bacchum praecipue colebant, eumque *Duſares*, vel *Dyſares* vocitabant, vel quia erat *Dominus libertatis*, ſeu *expreſſionis uvarum*, & *convivii*, ut contendit Bochartus G. S. pag. 111. vel quia erat *Dus-chera*, *Dio del Boſco*, ut mavult Canonic. Jo: Checozzius in Diſſert. quae lectitatur in tom. 2. par. 2. pag. 115. Ac. Cort. Huc ſpectant altaria Puteolis eruta queis inſcriptum viſitur DYSARI SACRUM. Non levis hic eſſet quaeſtio ventilanda, nim. an Bacchus Arabum, & apud Homerum, ſeu in heroica tempeſtate vini Dominus audierit, Silenis undique, vitibus, ſatyris, thyaſisve circumdatus, an vero tamquam dignius, princeps, ac omnipotens numen, habitus

tus ſit. Id poſterius propugnat Martorellius pag.347. *nè ſiamo coſtretti col Bochart a ricorrere all' uve, nè col Checozzi a' boſchi: non avendo queſti penſato a diſtinguere il Bacco de' Greci poſteriori dal Bacco degli Arabi, a' quali era un nume grande, anzi neppure da quello di Omero, ne' di cui poemi non ſi legge mai co' Sileni, o con viti, ma ſi deſcrive tra' primi Dei, e figlio di Giove.* Primum vero defenſant quot ſunt, fueruntque Scriptores, quorum & ego ſententiae adſtipulor: Homerus enim, ut hymnos ei vulgo adpictos poſthabeam, Bacchi orgia deſcripſit, thyrſos, furorem, fugam cet. Ilid.Z.

Ος ποτε μαινομένοιο διωνύσοιο τιθήνας
Σεῦε κατ' ἠγάθεον νυσσήϊον αἳ δ' ἅμα πᾶσαι
Θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν ὑπ' ἀνδροφόνοιο Λυκόργου
Θεινόμεναι βουπλῆγι Διωνύσος δε φοβηθεὶς
Δύσεθ' ἁλὸς κατα κῦμα θέτις δ' υπεδέξατο κόλπῳ
Δειδιότα κρατερὸς γαρ ἔχε τρόμος ἀνδρὸς ὁμοκλῇ

Quæ ita reddidit Italorum omnium ελληνικοτατος Antonius M. Salvini.

Che già del furioſo Dioniſo
Le nutrici cacciava pel divino
Niſsèjo; ed elle inſieme tutte
Per le terre verſavano gli arneſi
De' miſtèrj, dal micidial Licurgo
Percoſſe coll' accetta ammazzabovi.
Dioniſo tuffoſſi impaurito
Del mare ſotto l' onde; e Teti in ſeno
Paventante il raccolſe; che gagliardo
Trèmito avea dell' uom per la minaccia.

Cujus verſione in rebus, quae ab vocabulis minime pendent uti nil erubeſco, quicquid contra obmurmuraverit Xaverius Mattheus (*Libri Poetici della S. Scritt. tom.* 1.) Vehementer angor quod Salvinianarum verſionum patrocinium hic ſuſcipere nequeo: longa enim & fortaſſis importuna eſſet digreſſio. Saltem, ut adeatur rogo Jo. Lamii Nov.46. col.721. ubi Salvinianae verſionis dignitas contra Torellium defenditur.

Inſuper Homerus Bacchum mortalium χάρμα, *gaudium* appellat Iliad. Ξ, & Odyſſ. Ω Bacchum χρύσεον ἀμφιφορῆα, *auream amphoram*, Thetidi dono dediſſe adnectit, quae omnia hunc Deum viſitatorem fuiſſe ſatis aperte oſtendunt. Legeſis Homeri Hymnos. Hactenus dicta magnopere firmat Cl. P. Eraſmus Fröelich (*Quatuor Conamina pag.*128) qui in hunc numum

ſic
.)(. MARC. IVL. PHILIPPOS. CESAR *caput Philippi* COL. METROPOLIS BOSTRA *ſenioris cum* tum in corona *corona radiata*.

AKTIA. ΔΟΥCAPIA

Expoſuit: *Actia certamina, in honorem Apollinis Actii ab Auguſto inſtaurata fuiſſe, e Strabone l.7. notum eſt, ſed* ΔΟΥCAPIA *quid ſibi velint, quaeve certamina, aut ludi ſint, nemo, quod ſciam, hactenus expoſuit. Duſaria ergo audenter Bacchanalia interpretator* cet. Sed e diverticulo ad viam. Ab Arabum *Sabo* minime Phrygum, & Thracum *Sabacius* diſtinguitur, quem Bacchum quoque fuiſſe jam conſtat; nec alius ac *Sabinus*: Sabinorum enim campos vini feraciſſimos extitiſſe tradidit Strabo lib. V. ac ii propterea Baccho erant dicati. Hinc Heſychius σαβάζειν interpretatur εὐάζειν, βακχεύειν, & σάβος βακχεία; & apud Harpocrationem, & ſcholiaſten Ariſtophanis Veſp. σαβοὶ, Sabazii Sacerdotes: & vociferationes Orgiorum Sabazii εὐοῖ, σαβαῖ. Hac vocula bene utitur Demoſthenes contra Aeſchynem. Hinc *Sabazia*, ſacra in honorem Bacchi, Oppianus Cilix lib. 1. Cynegetico.

Οὐκ ἐθέλω τριετῆ σε τὰ νῦν ὀρίβακχον ἀείδειν,
Οὐ χορὸν Ἀονίης παρὰ βένθεσιν Ἀσωποῖο
Λείψομαι, ὡς κέλεαι, τὰ σαβάζια νυκτερὰ θύσθλα.
Nolo trietericum te nunc montanum Bacchum canere
Nolo choreas Boeotici ad fluenta Aſopi
Miſſa faciam, ut jubes, Sabazia nocturna ſacra.

Haec myſteria in quibusdam inſcriptionibus quoque denotari puto, ubi Hecate Deo Brontonti conjungitur, quem Bacchum eſſe ob turbas, quas fulminum inſtar

ebrie-

ebrietas commovet, extra dubitationis aleam eſt. Verba Inſcriptionis ſunt

JOVI. SANCTO. BRONTONTI. ECATAEQ.
AVRELIVS. POPLIVS.

Rectiſſime inquit Blond. Flavius Romae triumphantis lib. 1. *Bacchus & Liber Pater & Brontinus quandoque dictus*. Extat & alia Epigraphe, quaeque id idem paullo clarius exprimit

DEO. SOLI. INVICTO. MITHRAE
FL. SEPTIMIVS. ZOZIMVS. V. P.
SACERDOS. DEI. BRONTONTIS. ET.
HECATÆ.
HOC. SPELEVM. CONSTITVIT.

Hinc Juppiter, quia Bacchi Genitor, *Sabazius* a Cretenſibus dictus eſt. Reviſas Valerium Max. lib. 1. cap. 6. Julium Firmic. *De err. prof. Relig.* & Gruterianas inſcriptiones pag. 22. n. 5. & 6. quas inter & hae numerandae ſunt

I.
JOVI SEBASIO. Q. NVNNIVS. ALEXANDER.
V. S. L. M.

II.
Q. NVNNIVS ALEXANDER. DONVM.
DEDIT. JOVI. SABAZIO.

Alibi legitur SABADIVS & SEBADIVS. De hocce Jovis cognomento agit Thomas Dempſterus ad Roſini antiquit. pag. 108. Edit. Schouten, ſed, ut eſt ejus perpetuus mos, uberem Scriptorum meſſem late congerit, cur autem Juppiter ita, & unde dictus ſit, & quomodo inter ſe pugnantes Auctores conciliari debeant, ne verbum quidem. Hic obiter, ne ſepta tranſiliam, caſtigandum eſt Natalis comitis in hymn. in Sabaz. Orphaei interpretamentum.

Κλῦθι πάτερ, Κρόνε υἱὲ Σαβάζιε, κύδιμε δαῖμον.
Ὃς Βάκχον Διόνυσον ἐιραφιώτην

. . . Μηρῷ ἐγκατέραψας, ὅπως τετελεσμένος ἔλθῃ
Τμῶλον ἐς ἠγάθεον . . . .

Scilicet fruſtra hic innui credidit Bacchum, vel Bacchi filium, vel alium Daemonem, cum aperte Orpheus *Sabazium* vocet, Κρόνου υἱὸν, *Jovem Saturno ſatum*. Cur autem Saturnus ipſe *Sabazius* ſaepe vocetur, praeſertim a Beroſo, fateor, ignoro. Sed his Gentilium commentis quid inſulſius, & incertius? Originem denique *Sabbati* aliunde trahit Tacitus, atque alii alia comminiſcuntur, nugas oggerunt, fabulantur. Adi ad Urſinum Analect. ſacr. vol. 1. lib. 6. Verum, quod ad rem attinet, ex allatis nullum etymon, niſi inficete prorſus & ridicule noſtris poſſe fluminibus accomodari, quisque vel rationis mica pollens ſibi perſuadet: appoſite ſatis admonet ipſemet Cl. Martorellius pag. 224. *tanto più, che non può* (Sebethus) *uſcire dalle due lingue Greca, e Romana, ed indarno s' ingegnerà taluno trarlo da queſte, riuſcendogli il tutto a diſagio*.

II. Sunt qui *Sebethum* prono alveo deducunt a *Sibboleth*, quod ſonat *fluentum*, ut Pſalm. LXVIII. verſ. 3. & 16. Iſaiae XXVII. 12. Neque dicas Judic. XII. 6. haberi: *Dic ergo ſcibboleth, quod interpretatur ſpica:* nam hae tres poſtremae dictiones non extant in Hebraeo, ut adnotant Eſtius, Malvenda, Menochius, Emmanuel Sa, aliique, ſed additae ſunt a LXX. ſenioribus. Ceterum haec vox modo *fluentum*, modo *ſpicam* ſignificat, ut Job XXIV. verſ. 24. *& ſicuti caput ſpicae, ſeu culmi*, circumcidentur. Ad haec ſic connotat magnus Mazzochius Spicileg. tom. 11. pag. 173. *Proprie vertendum fuiſſet*, ſummitates calamorum *ſeu* culmorum, *quia* Shibboleth, *proprie* culmum, *ſeu calamum inanem qui in ſpicam deſinit, notat; etſi tam Hebraice quam in cetero Oriente utrumque notare ſolet, i. e. calamum cum ſpica, aut συνεκδοχικῶς ſpicam. Ceterum in linguis cognatis ex vocabuli origine deſignat* Ductum, Viam, Meatum cet. Ex his, uti vides, elicitur in hac ultima ſignificatione vox *Sibboleth* noſtro quoque fluvio mirabiliter accomodari poſſe: etenim *Ductus, Meatus, Alveus*. Fluminibus optime conſonant.

Interim Cornelius a Lapide *Sibboleth* in cit. Judic. loco

loco poſſe quoque verti *Fluentum*, *Fluminis Alveus*, *vel inundatio*, uti verterunt Pagn. Vatabl. & alii, optime notat, idque appoſite ad locum eſſe addit: *Fiebat enim hoc examen ephrateorum ad vada, fluxumque Jordanis, quaſi inde e re preſenti hoc nomen prae aliis, veluti nationis, & gentis indicium, teſſeramque acceperint*. Hactenus dictis favent Orientales Interpretes Jonathan, Syrus, & Arabs, ut ait Mazzochius ſpicileg. tom. II. pag. 730. & vetus fabella in ore Accolarum Vulturni fluminis favet, quam, utpote de trivio petitam ad imam paginae oram apponit Italorum gloria Mazzochius. En illam: *Cum Capuae in porta vectigal neſcio quod a viatoribus exteris portorii nomine exigeretur; erant qui ſe falſo pro Capuenſibus gererent, ne nummulos illos ſolverent. At ubi exactoribus de fraude ſubolebat, viatores per pronuntiationis ſpecimina tentabantur, ac proferre vocem* Sciummo (*ſic Capuae ruſtici* Flumen *enuntiant*) *cogebantur. Tum utpote* Scibboleth *Hebraicum exprimere ignari, ad illud Ephraimiticum ac* ruſticum Shiboleth *ſe convertebant; ac pro vernaculo Capuenſium* Sciummo, *proferebant* Sijummo, *monticularum ac ſylvicolarum abnorme vocabulum: quo mihi ſane hi noſtri videntur Ephraimitas in efferendo* Shibboleth *vi cogente imitati, ſicuti & ſignificatu ſequebatur, quia* Shibboleth *Ephrataeum idem ac fluentum erat, ut ſupra dixi*.

Nec mirandum (qui id etymon tuentur proſequuntur) Orientales populos Sebethum, alioſque ejusdem notionis fluvios γενικῷ vocabulo deſignaſſe: ſiquidem ſollemne Orientalibus hoc fuit, ut in deſignando aliquo vicino & perquam familiari fluvio γενικῷ vocabulo uterentur: hinc Euphrates prope Chanaanitidem κατ' ἐξοχὴν *Fluvius* dicebatur, & quia hunc amnem trajecit Abraham, Hebraeus i. e. *transfluvialis*, *tranſamnicus*, ſeu *tranſeuphratenſis* dictus eſt, ut jampridem a viris doctis demonſtratum fuit.

Neque audiendus eſt Stephanus Morinus in *De lingua primaeva*, quem in tanto litterarum lumine in veteri ſententia ſe obfirmare minime puduit. Quid dicàm de Nilo? In Aegypto, ut Geneſeos XLI. 3. 17. & in univerſo Hexodi libro *Flumen* Nilum deſignabat. Hinc *Hebraei* appellatio in Aegypto *Transnilanum* ſonat. Ad

rem Clericus in Heſiodi theog. v.338. *Certe* Νεῖλος *non eſt nomen proprium amnis, vox enim illa fluvium ſignificat, & ita in Aegypto vocabatur unicus ille fluvius, quo fecundabatur,* κατ' ἐξοχὴν. *Vide quae notavimus ad num.* 34. 5. *ſimilitudo nominis, & forte eadem ratio effecit, ut Fluvius Heſperiorum Aethyopum idem, ac Nilus eſſe crederetur. Pomponius Mela lib.* 3. *c.* 9. in horum finibus fons eſt, quem Nili eſſe aliqua credibile eſt. Nuchul ab incolis dicitur, & videri poteſt non alio nomine appellari, ſed a barbaro ore corruptus. *Nuhhul*, & Nuhhil, *unde* Νεῖλος, *ſunt nomina appellativa, quae fluvium quemlibet ſignificant*, ut Hebraice *nahhal* (ſeu Nachal.) *Accolae* (nota) *ſolent vicinum amnem ſimpliciter* fluvium *vocare, ac ita res ſe habuit in Aegypto, forte & in Aethyopia; ſed Graeci, qui eorum populorum linguas ignorabant, nomina propria eſſe putarunt, quae erant appellativa*. Hinc ratio eniteſcit, cur hoc πολυώνυμον Aegypti Flumen apud varias gentes varia nomina ſortitum ſit. Homerus non alio quam *Aegypti* nomine Nilum appellat Odyſſ. Ξ. Ab aliis dictus eſt *Shihor*, aut *Siris*, ab aliis *Melo*, aut *Melas* cet. Adiſis vel Calmetum in Diction. Nomen enim proprium non habebat. Idem dicito de Jordane: quare *Fluminis* vagum nomen in S. Scripturis ex contextu ſermonis determinandum eſt. Ipſemet Martorellius *De Thec. Calam. tom.* 11. *pag.* 682. noſtrum quoque Clanium ex γενικωτέρῳ etymo deducit, & *Clanii* nomen proprium non eſſe, ſed pluribus fluviis commune contendit. Idipſum dicendum de Sebetho qui cum in origine γενικὸν amnium nomen ſit, poſteritas veluti proprium adhibuit.

III. Hactenus dicta licet haud minimam veri ſpeciem praeſeferant, tamen certa eſſe nequeunt, cum dubiis praeſertim analogiis innitantur, nec nimis urgenda, ne ſubdola ſyllabarum, aut ſonulorum harmonia pellecti nobis ipſis fucum faciamus. His tandem poſthabitis, in quibus diſcutiendis ordinis ratio me potius, quam utilitas adegit, meliora percurram.

CA-

CAPUT TERTIUM.

DE FAMA, ET GLORIA SEBETHI.

I. SEbethum noſtrae Neapolis amoeniſſimum amnem antiquiſſima aevitate notiſſimum fuiſſe, ac ejus nomen in omnium ore verſatum longe lateque floruiſſe, nemo eſt qui inficias ire pertentet. Rem altius repetamus. Graeci urbes, oppida, pagos, arces, & caſtella ſecus plena flumina aedificabant. Morem hunc non ubique ſervatum eſſe ſat ſcio, cum in ipſa intimiori Graecia, veluti Cyllene, Cypariſſus, Meſſeria, Epidaurus, Sicio, Tegea, plurimaeque aliae extiterint urbes, quae nullo flumine rigabantur. Verum nobiliores urbes vulgo juxta mare, vel flumina conſtituebant Graeci, & perquam raro contrarium invenies. Id ipſum in regno Neap. admirantur univerſi, in quo videre eſt, Puteolos, aliam Νέα-πόλιν ad Bajas, Surrentum, Pompejos, Herculaneum, Stabias, Rhegium, Crotonem, Tarentum, Hydruntum, Brundiſium cet. ad oram maris. Et in Sicilia Panormum, Meſſanam, Syracuſas, Catinam cet. Ad haec politiſſimus Michaël de Jorio, (*Diſcorſo ſopra la ſtoria del Regno di Napoli ec. pag.* 153.) in hunc modum: *Il genio de' Greci, che ſoleano fabbricar Città in aria amena, e battuta dal mare ſi fece conoſcere in queſte parti, dove eſſi ne vennero molte a fondare: tutto al contrario de' latini, che edificavano le Città nella cima de' Monti. Si fecero nelle vicinanze del mare per avere il vantaggio della Navigazione, e del Commercio. Altre poi ad imitazione di quelle fatte da Greci ſi videro nell' iſteſſa maniera ſituate, e come l' acqua è neceſſaria agli uomini, agli animali, e ai campi, i Greci ſi ſtudiarono ancora di fondare la maggior parte delle loro Città ſulle rive di qualche fiume*. Ex his pronum eſt conjectari, quamobrem non una occurrunt flumina apud quasvis nationes, in Terra ſancta praeſertim, circumjacentibusque regionibus, quae cum urbe proxima ſimillimam aut eandem praeſeferunt nomenclaturam,

turam, ut *Valania*, *Arnon*, *Gozan*, *Gerata* cet. Conſulas tutemet tot Cl. Geographos, quorum alii ſolius Terrae S. Deſcriptionem tentarunt, ut Volffgangus Vueiſſemburgius, Michäel Aitſingerus, Adricomius cet. alii locorum Syriae, Arabiaeque notitiam additarunt, ut Jacobus Zieglerus, Landavus Bavarus, alii ſolam filiorum ac Nepotum Nöe per omnes orbis regiones diſperſionem proſecuti ſunt, ut Samuel Bochartus in *Phaleg* & *Chanaan*. Hinc Curtius lib. VII. cap. VII. *Ipſa Bactra, regionis ejus caput, ſita ſunt ſub monte Paropamiſſo. Bactrus amnis praeterit moenia. Is urbi, & regioni dedit nomen*. Et Cl. Mazzochius ſpicileg. tom. II. pag. 269. ex *Boſtreno* amne, quem prope Sidonem agnovit Dionyſius v. 913. inibi quoque *Boſtram* civitatem extitiſſe deducit. His, quae nimium obtrita ſunt, rite perpenſis, ratiocinor. Conditores, vel Habitatores Palaeopolis, & Neapolis Graecanici fuerunt: ergo ambas haſce nobiliſſimas urbes ſecus aliquod *Flumen* aedificarunt, & hunc Sebethum fuiſſe obſervarunt omnes. Audi, quem ſuperius laudavi, diſertiſſimum Juvenem Michäelem de Jorio pag. 154. *I Greci ſi ſtudiarono ancora di fondare la maggior parte delle loro città ſulle rive di qualche fiume. Minturno ſi vide ſulle ſponde del Garigliano, Napoli ſulle floride del Sebeto*. Idem, ut antiquiores praeteream, habet P. Troyli tom. 4. *perchè la Città di Napoli era Greca, e fu fabbricata con tutte le regole dell' arti ſenza dubbio ebbe le ſue acque accanto*. Famoſae enim apud Graecos erant, & ubique receptae Platonis aureae atque Ariſtotelis leges, quae id maximopere ſtatuebant. Ille lib. VI. Leg. ſancivit: *Fontanas aquas (ſive fons ſit, ſive fluvius) complantationibus & aedificiis ornent, laticibuſque per ſubterraneos canales derivatis univerſam regionem ita opportune & commode pro anni tempeſtate aqueant, atque irrigent, ut fertile reddatur ſolum:* & hic lib. 2. Polit. cap. 6. magiſtri ſcitum firmavit: *Civitas autem aquarum, & ſtagnorum abundantiam habeat*. Palaeopolim vero fuiſſe trans Sebethum amnem ex Livio mirabili modo deduxerunt Cluerius, Bononius, Ambroſius Leo, cet. atque eam fuiſſe contendunt, quae nunc *Turris Jopparellorum* appellatur; eſt enim locus is prope Neapolim ad tria millia

lia paſſuum. Unde Palaeopolitani *tranſamnici* forte dictitabantur ab Neapolitanis, *tranſſebethici*, ſeu *tranſſebethenſes*, non ſecus ac Hebraeorum, & Transſilanorum vocabulis notabantur ii, qui trans Euphratem, & Nilum incolebant. Sebethus itaque antiquiſſimo aevo Palaeopolim inter fluitabat, & Neapolim, ſuumque puriſſimum, indeficientemque laticem in earundem urbium commoditatem, & uſum hinc & inde benigniſſime erogabat. Ex his elucefcit, quam male ſe gerat, Sebethicae gloriae vituperator, Martorellius, qui ut caeci Lycophronis oſcitantiam obvelaret Neapolitani Sebethi famam, & dignitatem obnubilare minime verecundatur, effutiendo (parcat verbulis) illum fuiſſe veteribus ignotum. Verum hic parumper deſiſtendum eſt. Cedo. Sebethus fuitne notus in viciniſſimis Palaeopolis, Neapoliſque urbibus? Nemo hoc denegabit, niſi judicio ſit plane deſtitutus: ergo fuit & notus ceteris nationibus: urbs praeſertim Neapolitana ſi Straboni, Philoſtrato, Statio, Caſſiano, Svetonio, Dioni Chryſoſtomo credatur, ſemper fuit enormi numero tum αὐτοχθόνων, tum advenarum numero florentiſſima. Et ut cetera ſileam, innumerabilem fuiſſe Neapolitanorum vim, ea ſatis evincunt vaſta Coemeteria, quae ſaeculo IV. Neapoli jam extabant, quaeque hodiedum prope Eccleſiam *Pauperum S. Januarii* viſuntur. De iis Mabillonius in Itin. Italic. Liter. annor. 1685. & ſeq. tom. 1. fol. 112. in hunc modum: *Incubit Eccleſiae mons, in cujus cavitate antiquum eſt Urbis Coemeterium omnino inſigne . . . . Eo profecti ſumus cum Valletta, Duce Carolo Celano, Venerabili Canonico Eccleſiae Metropolitanae, rerum Neapolitanarum peritiſſimo. Nam ceteris fere tunc ignotum erat Coemeterium. In immenſum producitur, & longe altiores habet, quam Romana Coemeteria, fornices, ob duritiem, & firmitatem rupis, ſecus quam Romae, ubi arena, ſeu tophus tantum altitudinis non patitur. Multae ſunt directae per coemeterium viae: & quidem triplex ordo Cryptarum, alius ſuper alium. In una quaque via ſex ſunt ordines loculorum: varia ſubinde lararia diverſarum familiarum, cum variis inſcriptionibus etiam graecis, qualis eſt haec* ΙΣ ΧΓΣ, *item* NIKA, *item* ΑΩ. cet. Miror Martorellium, qui De T. Calam. tom. 11. pag. 496. hanc ipſiſſi-

ſiſſimam theſin . i. e. Neapolim ſemper innumera gentium caterva celebrem fuiſſe , propugnavit, haec quae libavimus, monumenta, minime protuliſſe . Ecqui ergo (ut illo redeam) fieri potuit, ut tot cujuſcumque generis, & notae populi in dies Neapolim frequentarint, & tamen utiliſſimum ejus fluvium vel extra moenia , vel per civitatem ipſam confluentem ignorarint?

II. Credendum potius Virgilio, qui Sebethum ante Telonem, & Oebalum Capreenſes celeberrimum extitiſſe tradere non dubitavit . Concors eſt eruditorum ſententia, nemine reluctante, Capreas inſulam Neapolitani juris fuiſſe, atque illam inter, & Neapolim vel ab aevo μυθικῷ mutuum coaluiſſe commercium, atque auream floruiſſe ſocietatem . Idem dicito de Aenaria , quam antiquitus Neapolitanorum fuiſſe jam conſtat , poſtea bello ab eisdem amiſſam , tandem vero ſecuta permutatione recuperatam , de qua Svetonius in Octavio cap. 92. ſic ſcripſit: *Apud inſulam Capreas veterrimae ilicis demiſſos jam ad terram, languenteſque ramos convaluiſſe adventu ſuo , adeo laetatus eſt , ut eas cum Republica Neapolitanorum permutaverit Aenaria data .* Tangunt eam hiſtoriam tum Dio in fine lib. 52. tum Strabo lib. V. pag. 248. eandemque illuſtravit Mazzochius Kal. tom. II. pag. 347. ubi concludit: *Ab illo vero tempore Aenaria cum vicina Prochyta in reip. Neapolitanorum dominio manſit . Sicuti & utraque olim inſula praeſulibus Neapolitanis parebat : quibus poſtea Prochyte ſola manſit , poſtquam ultimis temporibus Aenaria (hodie* Iſchia) *in Epiſcopatum evecta fuit .* Capreae igitur ab Auguſto redemtae fuerunt , ut Dionis verbis utar , adeoque ante hanc redemtionem diu in reip. Neapolitanorum dominio manſerunt . Hinc Maro Neapolitanorum cum hujus inſulae accolis jugem , & perquam familiarem conſuetudinem deſcripturus cecinit quamdam *Sebethida* , ſeu Nympham Sebetho profatam ſollemnes celebraſſe Nuptias cum Telone Caprearum, Teleboumque Rege . Quocirca advertere te jubeo , adeo celebrem & famoſum antiquiſſima illa aevitate Sebethum fuiſſe , ut nubiles Neapolitanorum puellulae vix potuerint ab Virgilio ſalutari quam nomine *Sebethidum*, quaſi Sebethi filiae fuerint, quaſi, inquam, Nea-

po-

politani & Sebethici, Neapolis & Sebethus una, eadem, ac indiſtincta eſſet notio. Ex hoc pronum eſt ſuſpicari vel ab aevo fabulari Sebethum pleniſſimum amnem omnibus perſpectiſſimum fuiſſe, ceu illuſtre Neapolitanae gentis indicium, & manifeſta nota. Haec adeo certa & fulgentia ſunt, ut nulla vel nubecula emaculari, vel tergiverſatione eludi queant.

III. Inſuper Statius ſilv. lib. I. verſ. 263. cum Neapolim Violantillam formoſam honeſtiſſimamque mulierem in ſinu ſuo recepiſſe cecinit, minime dixit, *tumeat Neapolis, Parthenope, vel Siren pulcra alumna*, ſed *pulcra tumeat Sebethos alumna:* quaſi hanc principem urbem luculentius Sebethi, quam alio nomine exprimere voluiſſet. Verum in hoc Papinii laetiſſimum Epithalamium cap. V. nil ſordida commentabimur.

IV. Sebethus itaque in fabulari, & Romanorum aevo vicinam Neapoli deſignabat, ejusdemque civitatis *Genius* erat. Hinc recentiſſimi, defoecatiſſimaeque latinitatis vates, Maronem, Papiniumque ſecuti, Neapolim inclito Sebethi nomine ſalutarunt ubique, Sannazzarius potiſſimum Epigram. lib. I.

Sebethuſque pater fluviis metuendus Etruſcis
Aurea caeruleum tollet ad aſtra caput.

Et in Arcad. proſ. 12. *O liquidiſſimo fiume; o Re del mio Paeſe; o piacevole, e grazioſo Sebeto, che colle tue chiare, e freddiſſime acque irrighi la mia bella Patria. Dio t'eſſalti: Dio vi eſſalti o Ninfe, generoſa progenie del voſtro Padre, ſiate, prego, propizie al mio venire, e benigne ed umane tra le voſtre ſelve mi ricevete*, ec. Et in morte Maſſiliae Ecl.

Quanti paſtor, Sebeto, e quanti populi
Morir vedrai di quei, ch' in te s'annidano
Pria, che la riva tua s'inolmi, o 'npopoli.
Laſſo, già t'onorava il grand' Eridano,
E'l Tebro al nome tuo lieto inchinavaſi,
Or le tue Ninfe a pena in te ſi fidano.
Morta è colei, che al tuo bel fonte ornavaſi
E preponea il tuo fondo a tutt' i ſpecoli
Onde tua fama al ciel volando alzavaſi,
Or ben vedrai paſſar ſtagioni, e ſecoli:

E can-

E cangiar raſtri, ſtive, aratri, e capoli
Pria che mai sì bel volto in te ſi ſpecoli . . .

Eadem expromit Pontanus, aliique, quorum carmina praetermitto, ne lectoribus taedium ingeram.

V. Hactenus dicta magis magiſque relucent, modo advertatur, communem, probatiſſimumque veterum morem fuiſſe. Urbes nomine vel imagine propioris fluvii deſignare, ut in cujusvis aevi Scriptoribus, pöetis potiſſimum, innumeriſque Caeſarum nummulis cernere eſt. Hinc Hadrianus ad *Italicam* urbem arguendam, in qua ortus erat, aureos nummos, qui inter rariores collocandi ſunt, excudit, in queis adeſt epigraphe HERC. GADIT. *& Hercules innixus Clavae, ſiniſtra tria mala, hic fluvius decumbens, illinc dimidia navis.* Fluvius *Baetis* eſt ad cujus litus *Italica* ſita erat. Eandem urbem notat flumen illud, quod in aliis Hadriani nummis viſitur, quique hanc epigraphen praeſeferunt: P.M. TR. P.COS. III. In ceteris vero Hadriani nummis fluviorum figurae ſeminudae, vel bicornes non *Baetim* ſignificant, ſed vel *Nilum*, in quo navigans Hadrianus Antinoum ſuum perdidit, vel *Rhenum*, quem ex Gallia in Germaniam trajecit, teſte Spartiano. In celeberrimo nummo, quem Antiochenſes Trajano, ob ejus in urbem ſuam adventum, dedicarunt, *Orontis* fl. imago eluceſcit, quaeque Antiochiam, quam interluit, ſignat. Gallieni nummus, qui hanc oſtendit Epigraphen P. M. TR. COS. PP. geminam fluviorum figuram habet, *Rhenum* nempe & *Moſellam*, quae ſat nota flumina utramque Germaniam conſignificant. Et nunc in mentem venit Trajani nummus vel pueris notiſſimus, quemque affert Begerus tom. 2. pag. 648. in eo videre eſt *Tigrim* & *Euphratem*, quorum primus denotat Meſopotamiam, quam iccirco *interamnam* dicunt latini, alter Armeniam majorem, vulgo *Turcomania*, & hanc monſtrat Epigraphen: ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE. Extant argentei, licet rariores, Caracallae nummi hanc Epigraphen praeſeferentes ΤΥΧΗ ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤ.Γ. B. & *mulierem inſidentem rupibus, & ad pedes fluvium.* Fluvius hic *Cydnus* eſt, qui Tarſum Ciliciae Metropolim,

polim, quam tranſmittit, deſignat. Item in nummo, quem Apameae cives Philippo juniori dedicarunt, apparet *Orontes* fl. cum alia haud diſſimili figura, quae Apameam certe indicant inter Orontem, & lacum quendam exiſtentem. Et quod rem proprie illuſtrat, Fluvius determinat, quaenam ſit illa Antiochia (plures enim fuerunt Antiochiae, quaeque uſque ad XVI. numerantur) quae in Septimii nummis repraeſentatur. Denique Fluvius exhibet Cretam in Trojani nummis, *Tybris* Romam in nummis Antonini, *Chabora* Reiſainam in ejusdem urbis nummulis Etruſcillae, Trajani Decii uxori, dicatis, *Billaeos* Tejum in nummo, quem haec urbs Aurelio dedicavit, & ſexcenti alii, quos & pupuli in tot nummorum ſelectiſſimis Cimiliarchiis vulgo admirantur. Hinc, eſto breviter, alte commendandi ſunt elegantiſſimi Parthenopaei Patricii, qui in Caroli V. adventu magnificam Sebethi ſtatuam in ingreſſu capuanae portae, ſubjecto illo ſuperbiſſimo Hexametro,

Nunc merito Eridanus cedet mihi Nilus & Indus.

extulerunt, & Carolus III. Hiſpaniarum, novique orbis Rex Catholicus, qui dum froena utriuſque Siciliae moderabatur, Sebethi regalem imaginem in monetis argenteis ſculpi curavit, veluti exiſtimantes, Sebethum omni tempore fuiſſe notiſſimum etiam apud exteras nationes, & tamquam Neapolitani Regni digniſſimum, ac perpetuum inſigne. Appoſite ſatis Cluerius pag. 1181. *inter Capuam, & Veſuvium fluvius omnino eſt nullus, niſi quorum nomina, vel ipſa antiquitate* CLARISSIMA *ſemper extiterunt apud Acerras Clanius, apud Neapolim Sebethus.*

VI. Ceterum, ut litem omnem dirimamus logica procedere methodo oportet. Ut nobilitas, ac antiquiſſima cujuſcumque Fluvii fama & gloria probetur, ad ſummum, ut quatuor habeat conditiones neceſſum eſt. Primo, ut fuerit aquarum dives, quod quidem admodum neceſſarium non eſt, cum innumerabiles, in Graecia praeſertim, extiterint lacuſculi, fontes, & amniculi aquarum egentiſſimi, qui tamen incredibili ſui nominis gloria ſtagnarunt, aut fluitarunt. Deinde, ut propter

no-

nobiliſſimae, & antiquae urbis hortulos & moenia curſitaverit. Tertio, ut fuerit amoenis, & elegantiſſimis Pöetarum fabulis illuſtratus. Denique, ut telluri, quam alluit, feracitatem afferat, ceteriſque vicinae civitatis commodis inſerviat. Quae ſanae quatuor conditiones noſtro Sebetho, de cujus gloria male contenditur, optime competere, quivis, modo omnem pertinaciae tumorem deprimat, lubens mecum conjurat. De prima tantum conditione, ſcilicet, de antiqua Sebethicarum aquarum magnitudine, quae quidem, uti diximus, ad fluviorum gloriam eſt minime neceſſaria, levis exoriri poſſet dubitatio, iccirco integro capite Sebethum lato undarum gurgite fluctuaſſe inferius evincam. Sed, quamobrem, inquiet Martorellius, pervetuſtus Lycophron nil de Sebetho memoravit, cum memorandi opportunitas erat? Audio. Verum hoc argumentum, quod inficiale, ſeu *negativum* vocitabat Launojus, liberioris ingenii viros in errores frequenter abripuit. Audiatur Raymundus de Sangro limatiſſimae ratiocinationis vir (*Lettera Apologetica ec. pag.* 117.) *mal per noi ſe un cotal argomentare troppo valeſſe, Dio sa quante coſe, che ſon tenute da noi per vere, e che per tali debbono eſſer tenute ſenz' altro ſarebbono convinte di falſità*. Nam ſi Scriptor ille, cujus ſilentio veluti argumento utimur diligentiſſimus, atque in levioribus etiam rebus exponendis accuratiſſimus minime videatur, ſuſpicari certe non poſſumus Sebethum v.g. quem ille tacitus poſthabuit minime extitiſſe. Hi ſunt critices aureae canones. Porro qua oſcitantia ſaepe laboret Lycophron, quam ſit in fabulis configendis ſingularis, quamque in elocutione perplexus norunt omnes. Et nunc in mentem venit praegrandis illa Lycophronis allucinatio, quae me diu ſtupidum detinuit. Communis fuit praeſtantiorum Scriptorum, Homeri praeſertim, Odyſſ. δ. 563. (non vero Iliad. 4. ut habet Martorellius pag. 41. apud quem paſſim vides Iliad. pro Odyſſ. & viciſſim) Beatorum inſulas extitiſſe in Gaditana regione non procul ab Alcidae Columnis. At latebroſus Lycophron communi ſententiae obſiſtens Elyſiorum inſulas ex remotiſſimis illis terrae confinibus funditus eradicavit, & tranſtulit ad agrum Thebanum. Qua in re non tantum erravit,

ravit, quod Elyſium ad Thebas pertinere credidit (non enim unae Mythologorum circa Elyſiorum ſitum circumferuntur opiniones: imo Martorellius illos ad Puteolos, quos univerſarum fabularum receptaculum fuiſſe aſſerit, extitiſſe addocuit) ſed quia agrum Thebanum inſulam eſſe deliravit, ubi de Saturno

> Τύμβος γερὸς κενταυρος ὠμόφρων σπογὰς
> Νήσοις δὲ μακάρων ἐγκατοικήσοις μέγας.

Hinc per tranſennam caſtigandi quoque ſunt maleferiati quidam critici, qui Maronem labyrinthaeo Lycophroni indigne conjuraſſe ogganniunt Georgic. I.

Quamvis Elyſios miratur Graecia Campos.

Quod quam ſit Virgilii menti diſſonum ſatis oſtenderunt Servius, Probus, Mancinellius, aliique. Cum igitur Lycophron diligentiſſimi Scriptoris laudem obtinere nequeat, negari non poteſt, Sebethum, quem tacuit fuiſſe illo aevo notiſſimum. Ceterum Martorelliani argumenti vim omnem validiſſime infringit perennis, atque ſincera traditio, quae Neap. Sebethi famam plurium ſaeculorum curriculo ad praeſens uſque tempus derivavit: etenim non eſt ambigendum quin plurima ad Fluviorum famam, alveos, ariditatem, diſcurſumque pertinentia non ſcriptis editis memoriae commendata, ſed viva tantum voce poſteritati tradita ad nos uſque profluxerint; quae ſi quis non alia cauſſa negaverit, quam quod ab antiquiori Scriptore, praeſertim oſcitabundo, memorata non ſint, certe diſſolutiſſimae impudentiae nota inuri poterit.

Martorellius (*Nap. abit. ec. pag.* 223.) neſcio qua patrii Sebethi pietate impulſus Strabonem oſcitantiae inſimulavit, eo quod hunc amnem, quem tot injuriis ipſe vexavit, taciturnus ſiluerit: *mi duole, che in niuno Scrittore Greco ſi rinvenga il ſuo nome*, neppure nel gran Geografo Strabone, *ed è in colpa d' averlo non curato*. Veritatis fulgida lux, & patriarum rerum amor tantamne vim exerunt, ut vel jam praejudicatos hominum animos ad ſui defenſionem trahant? Interim ab meo Martorellio ſciſcitor, eccurnam hac in re Strabo quidem, minime vero Lycophron incuſandus eſt?

C Non-

Nonne eadem ratione, qua motus Lycophron Sebethum poſthabuit, moveri & potuit Strabo? Quid ſi quis Martorellii principiis innifus, eidemmet Martorellio obmurmuraret, Sebethum Strabonis aevo *fonticulum* fuiſſe, *rivulum*, ποταμισκον, *rorem*, *ne nomine quidem notum*, meruiſſe neque *Aediculas*, nec *Aras* cet. nonne exactiſſimum Strabonem culpa, qua eum adſtrinxit Martorellius, penitus abſolveret? Verum, ut ut ſit de Strabonis ſilentio, quod nec ego quidem omni culpa carere dico, ſi verum amamus, Lycophronem jam inuſta oſcitantiae nota purgari poſſe negandum eſt, quicquid tutor ejus Martorellius contra repoſuerit. Atqui ne id temere affirmare videar, iterum iterumque percontor. Eccur Lycophron noſtrum Sebethum poſthabuit? In promtu eſt ratio, repetit Martorellius, quia nempe eſt undarum egentiſſimus fluvius: *Sebethum* (De Thec. Calam. tom. 11. pag. 680.) *quidem poſthabuit*, *utpote aquarum indigentiſſimum rivulum*: & pag. 682. *nil mirum eſt ſi Lycophron Sebethi haud meminerit*, *utpote undarum egentiſſimi fluvii*: & pag. 224. (Napoli abitat. ec.) *Non mi è ſtato di maraviglia*, *che Licofrone tanto benemerito di noſtra Città*, *perchè molto ne dice* v. 717. ec. *eſſendo uſo diſtinguere le città con nominare i vicini fiumi*, *e pochi verſi dopo da eſſi piacendogli determinar Leucoſia e Terina*, *alla noſtra Napoli attribuiſce il Clanio*, *e non il Sebeto*; *ora ognuno può pronto dire*, *che eſſendo queſto più toſto un rivo*, *che un fiume* ec. Aut igitur (reclamare mihi liceat) haec ratio inaniſſima eſt, & riſu excipienda, aut Lycophron debuit quoque poſthabere & rivum Arem, quem dicit Ligiae (Sirenum tertiae) σῆμα fore abluturum v. 730.

> Λύσει δὲ σῆμα βουκέρως νασμοῖς Ἄρης
> Ὀρνιθόπαιδος ἴσμα φοιβάζων ποτοῖς.
> *Abluet & tumulum corniger laticibus Ares*
> *Avis-puellae* (ſirenis) *buſtum inundans aquis*,

nam adnotat Martorellius *De Thec. Calam. tom.* 11. *pag.* 683. rivulum Arem, de quo non pauca inferius, dictum eſſe ἀπὸ τοῦ α στερητικοῦ, & ῥέω, *fluo*, quaſi non *flueret* ob caritatem aquarum: ergo, ſi Lycophron ob aquarum inopiam poſthabuit Sebethum, poſthabere & debuit

buit rivum Arem, utpote nomine & re Sebetho aequalem. Antequam hinc diſcedam, noto Martorellium perperam, & contra ſeipſum τὸ φοιβάζων Lycophronis reddidiſſe *inundans* in ſubſequentium jamborum poſteriori.

> Λούσι δὲ σῆμα βουκέρος νασμοῖς Ἄρης
> Ὀρνιθόπαιδος ἴσμα φοιβάζων ποτοῖς.

Primo, quia barythonis φοιβάζω, ſive φοιβάω ſaepius reſpondent *purgo*, *lavo*, quam *inundo*, quod vel naſutuli ſubodorantur. Deinde ſi Ares dictus eſt a non ſluendo, ſive a leniter fluendo, male ergo nunc dicitur *inundare* Buſtum Ligiae: *inundare* enim eſt extra alveum diffluere, effundi, aliquando devaſtare, hinc *inundatio* ſumitur pro ipſo *diluvio*, quae omnia non bene conveniunt Ari ποταμίσκῳ: unde plauſibilior cenſenda erat Potteri verſio, qui τὸ φοιβάζων reddidit *extergens*, quodque videtur Lycophronis menti ſat conſonum, qui paullo ante cecinerat Arem λούειν *lavare*. Sed e diverticulo ad viam.

VII. Multiplici ſed fruſtranea reſponſione (ut mihi praevidere volupe eſt) & primam ſuam antilogiam, & ſui Lycophronis incoſtantiam poſſet obtegere, vel conciliare antiquariorum lumen Martorellius. Primo ſi aſſereret Arem non fuiſſe acceptum pro nomine ipſo fluvii, ſed veluti pro adjumento quodam h. e. *fortis*. Sed turpiori laboraret antilogia: etenim ib. rotundo ore pronunciat Ἄρην eſſe fluvium, non epitheton, & interpretes qui contrarium reddiderunt exufflat, & ne ipſum quidem Potterum excipiens, omnes ἀπροσδιόνυσα λέγειν clamitat, ac veluti nullius aſſis peſſumdat: nam aliter ignoraretur, inquit, quiſnam eſſet amnis Lycophronis Βουκέρως antonomaſticως cognominatus. Haec ratio alicujus momenti eſt. Ejuſdem ponderis non eſt alia, quam ibid. ſubnectit Martorellius, nempe dixit, quemadmodum Lycophron juxta Leucoſiam (ſirenum ſecundam) binos amnes advertit h. e. Im & Larim, eodem modo juxta Ligiam duos ſimiliter amnes advertere debuiſſet h. e. Ocinarum, & Arem. Haec, inquam ratio leviſſima eſt: ſiquidem poſſet quiſpiam tuto reponere, Lycophronem quemadmodum juxta Parthenopen unicum amnem h. e. Clanium advertiſſe, ſic & alium h. e.

Ocinarum juxta Ligiam . Ex duplici ſua conſuetudine nulla adeſt ratio ſufficiens cur idem Auctor hanc potius, quam illam ſequi debeat.

Reſpondet ſecundo vir omnigena eruditione faetus Martorellius conjiciendo Sebethum fuiſſe ignotum Lycophroni ; ſed utrum haec reponere voluerit affirmare non auſim : nam ſuum Lycophronem quem maxime tuendum ſuſcepit, nunc oſcitantia arceſſeret : Sebethum quippe antiquiſſimo aevo fuiſſe notiſſimum jam vidimus, inferneque videbimus.

Reſpondet demum, Lycophronis tutor, Martorellius Sebethum fuiſſe quidem notum Lycophroni, & tamen libere fuiſſe ab eo praetermiſſum. Verum poſtrema iſthac reſponſione male ſe gereret Martorellius, & amiciſſimum vatem prodiret, & non dormitantem quidem patefaceret, ſed veluti incoſtantiſſimum ſcriptorem cuicui traderet irridendum . Profecto Lycophron juxta Leucoſiam duplicem amnem advertit Im & Larim v. 724.

Πέτραν ὀχήσει δαρὸν ἔνθα λάβρος Ἶς,
Γείτων θ' ὁ Λάρις ἐξερεύγονται ποτά.
Rupem occupabit diu, quo violentus Is,
Vicinuſque Laris eructant latices.

Duplicatum quoque, teſte Martorellio, amnem advertit juxta Ligiam, Ocinarum, & Arem v. 729. Ergo ſi Lycophron ſibi conſtans eſſe voluiſſet geminum quoque juxta Parthenopen amnem advertere debuiſſet h. e. Clanium, & Sebethum.

VIII. Quid ſi Parthenopen juxta Sebethi oſtium mortem oppetiiſſe dicamus? Urſinus de *Fam. Rom.* in Cumis Parthenopes corpus conditum eſſe credidit. Idem confirmat Auguſti nummus in quo Siren dextra tubam inflare videtur, ſiniſtra femori admota : Cumas autem Coloniam ab Auguſto deductam ſcitiſſimum eſt. Gronovius vero Parthenopen in Veſuvio ſepultam adſtruit: Pontanus in collo Parthenopaeo : Summontius in alto tumulo, ubi nunc adcubat templum S. Johannis Majoris: Martorellius in ſummo Mergellines colliculo. Eccur ego probabiliori fortaſſe rationi innixus Sirenem hanc ad Sebethi crepidinem moribundam non conſtituo ?. Saltem hanc veterrimam extitiſſe traditionem eruitur ex Sannazario Ecl. I. *In*

In gremio Phyllis recubat Sirenis amatae
Conſurgis gemino felix, Sebethe, ſepulcro.

Et in Arcad. Ecl. II. ita Sebethum queribundus alloquitur Ergaſtus

Ma tu ben nato avventuroſo fiume,
Convoca le tue Ninfe al ſacro fondo,
E rinova l'antico almo coſtume.
Tu la bella Sirena in tutto il mondo
Faceſti nota con sì altera tomba,
Quel fu il primo dolor, queſt' è 'l ſecondo.
Fa che coſtei ritrovi un' altra tromba,
Che di lei cante; acciochè s' oda ſempre
Il nome, che da ſe ſteſſo rimbomba.
E ſe per pioggia mai non ſi diſtempre
Il tuo bel corſo aita in qualche parte
Il rozzo ſtil: ſi che pietate il tempre ec.

Hinc & Pontanus inter Sebethum, & Parthenopen conjugalem effinxit amorem, familiaritatem, mutuumque commercium.

Sparge tuas Sebethe nuces, en colligit uxor
Parthenope . . . . & alibi
Parthenope Sebethon amat, cet.

Quos recentiſſimi, elegantioresque vates optime imitati ſunt, Giannettaſius praeſertim in Surrentinis Thempe.

Parthenopen clamore vocat Sebethide ab unda

Et in Bellicis

Excepta hoſpitiis a rorifluo Sebetho
Sirenum genus Euboicis prima intulit oris.

Haec cum ita ſe habeant, mecum quisque mirabitur Martorellium, opinioſiſſimum virum, haec fidenter nimis illeviſſe de Calam. tom. II. pag. 679. *neque praetereundum cum dicat Lycophron* ἐγχώριοι δωμήσασθαι τὸ σῆμα *puellae Parthenope juxta* φαλήρου τύρσιν *adhuc in ſuperno Mergellinae colle reliquias vetuſtiſſimi ſepulcri ſupereſſe, licet noſtrates cujuſcumque pretii ſcriptores civibus, atque exteris impoſuerint ajentes ſine ullo vade Virgilio*

 ere-

erectum : imo & Neapolitana Reſpublica in grandi memoria ex marmore affabre conſtructa , atque addita epigraphe idipſum ſcalpſerit : quando Maronis ſepulcrum in ſuperiori Puteolana via conſtructum eſſe ſat certis monumentis alibi σὺν Θεῷ oſtendam : ſane ut ſibi omnino conſtet Lycophron, aedificii illius reliquias potius exputo eſſe Parthenopes noſtrae ſepulcrum, quod cives certo ante Lycophronem erexiſſe, & ſacrificiis quotannis honeſtaſſe novimus , uti idem pöeta canit . Siccine conjecturis abripitur tantus vir ? Itaque cum horum refutationem aggrederer , ecce ob oculos venit ſuaviſſima illa Martorellii retractatio, quae inter Adnotanda legitur XCIV. col. 2. ſic occipit : *pag. 679. legere eſt ſepulcrum , quod ſupra Mergellinae collem inviſitur me Virgilio vati eripuiſſe, & libentius tribuiſſe Parthenopae : accidit autem, ut poſt editum hoc thecae calamariae opus collem cum cariſſimis amicorum adirem, reperi fuiſſe columbarium alicujus proſapiae : etenim circa quatuor illos ruſticitatis plenos parietes exſtant adhuc plus minus viginti ollaria, in quibus ſervari cineres novimus ; quare neque unius viri, neque unius Sirenis dicas conditorium cet.* Ex hac, quam merito concinit , palinodia advertat in poſterum magnus Martorellius , ne ſuas recentiſſimas, omnibusque contrarias opinationes, quae ſane lubricae ſunt , & caſurae vel inſenſilibus nutant auris , tumido perquam ac decretorio proponat modo , ut ſuae famae & dignitati conſulat . Conſtat igitur , ut illo redeam , ſepulcrum quod in ſummo Mergillinae vertice conſpicitur non eſſe Sirenis Buſtum , & jam diximus illud ad Sebethi oſtia conſtituendum eſſe . Verum replicat Martorellius, ex Stario ſaltem apparere Parthenopen ſepultam eſſe in Mergellinae jugo , qualicumque inibi loco fuerit , Silv. lib. 5. 3. v. 104.

Exſere ſemirutos ſubito de pulvere vultus,
Parthenope, crinemque afflato monte ſepulti
Pone ſuper tumulos, & magni funus alumni.

Nam vox *afflato*, proſequitur Cl. Martorellius, confingenda eſt *Phalaro* , quae idem eſt ac *Phalero* h. e. Mergellina, nam tam φαλαρίς, quam φαληρίς *mergus* eſt. Ecquid faciamus Martorellio medendi, conflandi, corri-

ri-

rigendi ſpiritu incaleſcenti? Prudentiſſimus Mazzochius *De ſub Aſcia* pag. 152. haec optavit, inquiens: *Utinam ad tantam noſtrorum temporum felicitatem hic etiam cumulus accedat; uti Rex optimus edicto vetet, ne poſthac ſaxa, aera, & quidvis aliud antiquitus ſcriptum, opificum barbarie, & inſcitia frangantur, conflentur, aut aliunde depereant*. Similiter & ego magis & magis exopto uti Rex, litterarum primum columen, edicto vetet, ne ſint qui in veterum ſcripta veluti profanas manus immiſceant, eaque turbent, corrumpant, diſtorqueant, vel quavis medela conſpurcent. Non unae quidem medelae, & correctiones neceſſariae ſunt, & uſurpandae, ſed quae ab litteraria Republica minime probantur, ſtatim rejiciendae ſunt, & non miti poena puniendae, aliter brevi codicum multiplicem, infidam, turbatamque videbis lectionem. Quod genus hominum ad deformanda pulcherrima natum, utinam expoſtulante me, majores aliquando injecto freno coerceant. Verumenimvero concedam Cl. Martorellio Statianam vocem *afflato* affectiſſimam eſſe, ſuſpectam, ac configendam eſſe *Phalero* h. e. *Mergellina*: quomodo autem ex medicatis tribus hiſce Papinii verſibus Parthenopen ſuper *Phalerum* montem abactam eſſe colliget? Rem nitidius explano. Statii ſententia juxta ipſum Martorellium huc redit, optat vates is, ut *Parthenope e ſuo ſemiruto ob vetuſtatem ſepulcro erigat caput, & ponat reciſos crines ſuper tumulum patris Neapolitani ſepulti in monte Phalaro*: ex hoc vero novimus Menecratem Statii parentem in Phalero quidem colle ſepultum eſſe, minime vero Parthenopen, uti quisquis vel rationis micam habens, videt.

Nonne Parthenope ex ſuo ſepulcro ab monte Phalero non tam longe diſſito conſurgere poterat reciſum crinem ſuper alumni tumulum poſitura? Sane Clanius ab Phalero longe diſſitus juxta Lycophronem & Martorellium in ſuis undis Sirenem excipere potuit, eccurnam autem Siren ex viciniori loco h. e. Sebetho ſepultum in Mergellina Menecratem flere, ac inviſere non potuit? Ceterum terna ſuperallata Papinii carmina ſaniori interpretamento honeſtari poſſe exputo. Profecto dici poteſt verba *afflato monte* ſonare Menecratem ſe-

pultum eſſe in monte *afflato a Veſuvio*, ſeu fumo, pulvere, cineribus concocto, perniciosiſſimiſque montis ejus ignibus obnoxio: Veſuvius enim juxta ipſum Martorellium afflat urbes & loca. Quisnam autem fuerit mons hic, cujus proprium nomen ſilet Pöeta, determinare laſcivientis ingenii eſt. Quod fluens ac germanum interpretamentum ſi non adlubeſcit, ita & iterum exponere poſſumus: *Parthenope exſere vultus ſemirutos de pulvere ſubito, & afflato monte*, ſcilicet excuſſo pulvere, terra, aggere, ſeu excuſſo monte cineris, qui eſt ſuper vultum tuum ſemirutum & contectum, *pone crinem ſuper tumulos, & funus magni alumni ſepulti*. Vel quid aliud. Hinc apud Vergilium, & Plautum legitur *mons aquae*, *mons frumenti*: nempe mons ſumitur pro quacumque re eminenti & coacervata.

Parthenopen non in Sebetho, ſed in celſo Mergellinae jugo conditam eſſe inſuper hiſce ejuſdem Pöetae verſibus confirmare adnititur doctiſſimus Martorellius. Silv. lib. 4. 4. v. 51.

> . . . *En egomet ſomnum, & geniale ſecutus*
> *Littus, ubi Auſonio ſe condidit hoſpita portu*
> *Parthenope, tenues ignavo pollice cordas*
> *Pulſo, Maroneique ſedens in margine templi*
> *Sumo animum, magni tumulis adcanto Magiſtri*.

Queis adnotat (Napoli abitat. ec. pag. 167.) in hunc modum: *In oltre ci determina più ſpecialmente il luogo, dove Partenope* ſe condidit, *e ſi è moſtrato il ſepolcro di queſta ſopra il vicino colle, ed ove ſi sa, che v' era anche quello di Virgilio, e nella ſoglia di eſſo ſedenteſi cantava: e certamente quì Stazio aveva e geniali poſſeſſioni, e bell' alloggio, e vi paſſava dolci le notti, altrimenti non avrebbe detto*, egomet ſomnum, & geniale ſecutus litus, *cet.* Verum ego, niſi mea me fallit opinio, dico hoſce Papinii verſus nedum Sirenem Sebetho eripere, imo potius ipſam Cl. Martorellii ſententiam miſere jugulare: ſiquidem pöeta candide occinit ſe veniſſe in *Littus, ubi hoſpita Parthenope ſe condidit Auſonio portu*: ergo Siren non in ſupero monte, ſed in *littore*, in *portu* condita eſt. Neque Statius *ſomnum*, & *geniale littus* ſequebatur in Mergellina, ſed potius ad oram Sebethi

bethi prope Herculaneum, ut ibid. v. 78. 79. notat:

Haec ego Chalcidicis ad te, Marcelle, ſonabam
Littoribus, fractas ubi Veſbius egerit iras.

E contrario idem Cl. Martorellius advertit ibid. pag. 168. *E' troppo ſicura, perchè lontana, Mergellina dal furore del Veſuvio.* En Statius ipſe exponit, ubi fuerit littus Sirenis conditorio inſigne, ſcilicet prope Veſuvium non procul a Sebethi oſtiis.

Agedum, eruditiſſimum virum Martorellium iterum iterumque argutantem audiamus, haec reponit ibid. pag. 168. in principio num. 199. *Meriterò bene, ſe quì aggiungo pochi verſi dell' accortiſſimo Dionigi Periegeta, coi quali darò vigore ad alcune coſe già dette, e ſpecialmente, che 'l ſepolcro di Partenope ſi era preſſo Mergellina v. 357.*

Τῆδ' ἔπι Καμπανῶν λιπαρὸν πέδον, ἦχι μέλαθρον
Ἁγνῆς Παρθενόπης σταχύων βεβριθὸς ἀμάλλης,
Παρθενόπης, ἣν πόντος ἑοῖς ἐπεδέξατο κόλποις.
Poſt hanc Campanorum felix campus, ubi antrum
Pulcrae Parthenopes ſpicarum plenum manipulis.
Parthenopes, quam mare ſuo exceperat ſinu.

Quello che ſi affà al mio argomento ſi è, che dice eſſere ſtata accolta Partenope in quella parte del noſtro mare, ove fa un bel ſeno, e ripeto, che verſo Mergellina ſi vede eſſer così . . . e ſi ceſſi di dubitarne, perchè le noſtre acque là ſono accolte da ben curvo lido, dicendolo chiaramente anche Stazio, che ſpeſſo il vedeva, lib. 1. delle ſelv. 2. v. 80.

Quaeque ferit curvos exſerta Megalia fluctus.

Si sa, che Megalia *è quell' Iſoletta, ch' ora diceſi* Caſtello dell' Ovo, *ed in eſſa termina il bel ſeno di Mergellina* cet. Haec magni nominis vir Martorellius, ſed ſi fari libere expedit, ajo longe aliam fuiſſe Dionyſii mentem. Siquidem vates is γενικωτάτως ſe habet, inquiens mare ſuis ſinibus excepiſſe Parthenopen, ἣν πόντος ἑοῖς ἐπεδέξατο κόλποις, *quam mare ſuis exceperat ſinibus* nil de horum peculiari ſitu innuens. Praeterea Tyrrhenum innumerabiles ſinus habet aeque amoeniſſimos, quisnam

vero

vero ex his Sirenem peculiariter exceperit, ſilet Pöeta, ac plane ignotum eſt. Summa igitur eſt doctiſſimi Martorellii confidentia, ſinum, quem tacuit Dionyſius, determinantis. Itaque qui recto utuntur criterio mecum certe conjurant Dionyſium in ultimo verſu ſimpliciter innuiſſe Parthenopen *ſe in maris immerſiſſe undas*, quae quidem generalem ſenſum praeſeferunt. Denique ſi primus & alter Dionyſii verſus intimius ſpectetur, advertere eſt, eum ceciniſſe ſepulcrum Parthenopes in felici campo extitiſſe, ſpicarum plenum manipulis: haec autem an Mergellinae, an potius ſpiciferis campis conveniant, quos prope Craterem alluit Sebethus, ſeu

Al lieto piano, ove col mar congiungeſi
Il bel Sebeto accolto in picciol fluvio.

Judicent aequi rerum aeſtimatores.

Tandem ut hiſce tricis nos extricemus, litem componere poſſumus aſſerendo, Sirenem fuiſſe vivam ab Sebetho exceptam, cui tamen poſtea jam mortuae cives primum in Mergellina ſepulcrum, ſeu templum erexerunt, deinde in ſecuta aetate aliud ad Sebethi oras: etenim duplex diſtingui debet Parthenopes ſepulcrum. Primum quod quidem altero fuit inſignius, ſacerdotibus, oraculis, ludis, & ſacrificiis decorum: alterum primo humilius, ſemirutum, pulverulentum, ac ſolis ſpicarum, ruſticisque agricolarum donis honeſtatum. De primo in hunc modum Lycophron 719.

Οὗ σημα δωμήσαντες ἔγχωροι κόρης
Λοιβαῖσι, καὶ θύσθλοισι Παρθενόπην βοῶν
Ἔτεια κυδανοῦσιν οἰωνὸν Θεάν.
Ubi templum cives exſtruentes puellae
Libaminibus Parthenopen, & ſacrificiis bovum
Quotannis honorabunt volucrem Deam.

Legeſis & v. 732. & ſeq. in quibus diſtinguere eſt jam viventis Parthenopes in noſtras oras adventum (non ſecus ac Leucoſia, quae cognominem rupem occupavit diu v. 724. 725.) non enim Pöeta Sirenas in maris undis periiſſe credidit, aliter diverſiſſima, ac inter ſe longe diſſita loca appellere non potuiſſent: hinc, illas per Tyrrheni fluctus urinantes introducit Lycophron v. 715.

Quo-

Quocirca nil ferendum eſt Cl. Martorellii recens interpretamentum, quo illud ejuſdem vatis v. 714. Αὐτοκτόνοις ῥιφαῖσιν contra univerſos reddidit *ſponte ſe necantes*, cum verti debuerat, licet illepide, *ſpontaneis jactibus*, ut habet Potterus, vel *ſponte ſe projicientes*. Pater Homerus in tribus locis, in queis Sirenum meminit, non ſolum earum mortem, ſed & naufragium ſilet. De altero Parthenopes longe inferiori ſepulcro meminit Statius, ut vidimus, & Dionyſius. Hinc conciliantur Pontanus, & Sannazarius, qui aliter non ſibi conſtant. Ille enim, ut diximus inter Sebethum & Parthenopen commercium deſcripſit, ac alio in loco Sirenis buſtum in editiore colle fuiſſe adnectit, ut ex ejus duplici relucet textu, quem apud Capacium p. 39. 40. reviſas. Hic eodem modo nunc ad Sebethum, uti notavimus, nunc ad collem Sirenis ſepulcrum pertinere cantavit, ut Ecl. 4.

Tum canit antiquas ſedes, opulentaque regna
Auricomae ſirenis, & altum in monte ſepulcrum.

Haec de Sirenis ſepulcro, quae plurimum ad Sebethi famam conferunt. Non inſulſa hic promenda forent de Parthenopes cultu & fama, quam Martorellius ibid. a pag. 150. usque ad 153. turpiter denigravit. Scilicet id faciendum fuit, ut qui maritum (Sebethum) deſpexit, deſpicere debuit, & uxorem. Sed haec alibi, ſupereſt ſi tempus & otium.

IX. Antequam manum de tabula, coniicere mihi liceat. Quid ſi oſcitantem Lycophronem Clanium cum Sebetho confudiſſe dicamus? Quicquid enim conjiciet ingentis eruditionis vir Martorellius, remanet ſemper enormis illa diſtantia, quam inter Phaleri turrim, & Clanium eſſe conſtat. Ecquidem ſi diſtantia illa, quae inter antiquam Neapolim eſt, & Miſenum, ita enormis Martorellio viſa eſt, ut acriter ſubiraſcatur in non unos maxime notae Ictos, ac defendeat Lycophronem canere non potuiſſe Neapolitas habitaſſe prope Miſenum, *De Calam.* tom. II. pag. 686. aliter, inquit, Lycophronis famae, & exactae ἀκριβείᾳ conſuli non poſſet: hinc vatis hujus verſiculos, quos tutemet legas, inter παρυδέστως limina redigit, eorumque ſenſum inflectit, alias, repetit, cerneres Neapolitanos cum Miſenatibus

colo-

colonis confuſos, ac commiſtos, multorum lapidum, intervallo diſſitos: ergo quamobrem, quaeſo, idem non dicit Martorellius, ſi ſibi conſtans eſſe vult, de diſtantia illa, quam negligit idem Lycophron inter Clanium & φαληρȣ Τυρσιν, ſeu Mergellinen, in qua tumulum Sirenis eſſe arbitratur, cum magis magisque diſtent inter Clanius, & Mergelline, quam antiquae Neapolis confinia, & colles Miſeni? Addeſis, Lycophron minime cecinit Neapolim eſſe in Miſeno, ſed παρα v. 736.

> (λεὼς) Νεαπολιτῶν, ὁί Παρ' ἄκλυστον σκέπας
> Ὅρμων Μισηνȣ̃ σύφλα νάσσονται κλίτη.
> *(Populus) Neapolitanorum, qui prope tutum collem*
> *Portuum Miſeni ſaxoſa habitabit promontoria.*

quae particula, quae idem ſonat ac *juxta*, *contra*, diſtantiam non tollit, imo denotat: at paullo ſuperius dixerat Clanium non tantum eſſe παρα Mergellinen, ſed in illa proprie fluere, aliter ejectam Parthenopen in ſuis rivis excipere minime potuiſſet: ergo aut Lycophron Sebethum cum Clanio confudit, aut ἀγαιωγραφώτατον vatem fuiſſe dicendum eſt, cum Clanium, & Mergellinen, ſeu ultimum noſtri magis ſinum, loca ſane plurium lapidum intervallo longe diſſita ſimul confuderit, & commiſcuerit. Hinc Falconius in vita S. Januarii hac diſtantia territus Lycophronis Clanium Acerranum eſſe negavit, aliamque ridiculam opinionem tutari maluit: *il Clanio non è quel fiumicello, che è preſſo Cuma, o quel di Toſcana, o di Francia, o il Clanio di Acerra: ma il Clanio era quel fiumicello preſſo Falero, che poi fatto gran fontana, prima ſi diſſe Fontanola, ed oggi mezzo Cannone*. Et Jacobus Gaſtellus (*Dell' Orig. della lingua Nap.*) *pag. XX.*, hac, quam videmus, diſtantia citus pro certo habuit Lycophronem minime innuiſſe Clanium noſtrae Neapoli fuiſſe viciniſſimum, ſed tantum Reip. Neap. confinia ad id usque flumen extendi: *Biſogna dire in fine, ch' egli* (Clanius) *era il confine del territorio della noſtra Repubblica da quel lato verſo Capoa, come il Miſeno dal Ponente, e il mare da mezzodì, e la linea controvertita tra' noſtri, e i Nolani, dall'Oriente. Onde i confini noſtri alcerto inteſe additarci il ſaggio Poeta, e non la vicinanza di Miſeno, e del Clanio*

nio

nio alle noſtre mura. Quae ſi vera ſunt rationem ſane praeſeferunt, quam propter Lycophron Sebethum poſthabuit: is enim confinia quidem, non vero, noſtrae Neapolis flumina indicavit. Sed de his ſatis.

CAPUT QUARTUM.

De Sebethi vetuſtiſſimo cultu.

I. FAmam, gloriam, & nobilitatem Sebethi apprime confirmat veterum Neapolitanorum erga eum ſtudioſa religio. Extat antiquiſſima Epigraphe, ex qua liquido eruitur neſcio quem Eutychum quandam Aediculam patrio Sebetho erexiſſe.

P. MAEVIVS EVTYCHVS
AEDICVLAM
RESTITUIT. SEBETHO

Vides ergo Sebethum inter Deorum chorum adſcriptum, & in reſtituta aedicula divinos honores conſecutum, imo & verbum *reſtituit* innuere Sebethi cultum ante ipſum Eutychum jam floruiſſe: quippe verbum *reſtituit*, uti cernere eſt in millenis Inſcriptionibus, ſemper habet ante ſe rem, aut vi ignis abſumtam aut vetuſtate conſumtam, aut vi maris collapſam, aut bellorum injuria, aut amnium violentia diſruptam, dirutam, diſturbatam cet. itaut *collapſa* & *reſtituta*, *collapſum* & *reſtituit* ſint voces, quae ſe mutuo deoſculantur. Penes Muratorium epigrammata quidem lectitavi, licet pauciſſima, in queis reſtitutam rem non inveni: ſed rem, quae reſtituta dicitur, antea certo temporum ſpatio jam integram extitiſſe, inibi nunquam reticetur. Advertere te quoque jubeo, in noſtra Epigraphe verbulum legi *Reſtituit*, minime vero *Inſtauravit*, quod ſane magnam innuit antiquitatem: etenim *Inſtaurare* ſequioris aetatis eſt, uti viſitur in Hiſtoriae Auguſtae Scriptoribus, Spartiano praeſertim, Capitolino, Lampridioque: in antiquioribus vero ſculptis frequen-

quentius *Reſtituere* legitur, interdum *Reficere*, neutiquam *Inſtaurare*. Hinc Inſcriptiones apud Gruterum pag. 756. & Reineſium Cl. II. num. 31. in queis *inſtaurandi* verbum uſurpatur poſterioris aevi ſunt. Imo ut adnotat Mazzochius in quantivis pretii opere, cedroque linendo, *De Amphytheatro Camp. pag.* 68. *Inſtaurare ludos, bellum, funus, ſcelus & ſimilia veteres dixerunt, ſed de aedificiis nunquam, quod legerim uſurparunt, ut miror hot viros doctiſſimos non notaſſe cet.* Neapolitanam eſſe hanc Epigraphen vel conjicere licet ex ipſo *Eutychi* nomine: etenim ſaxa a Romanis erecta Romana praeſeferunt nomina Flaviorum, Coccejorum, Herenniorum cet. quae e contrario ab Neapolitanis graja ut plurimum ſunt, utpote Graecanicae originis, ut *Apollonius*, *Eutychus*, *Eumenes*, *Nympſius cet.* Hinc Martial. Epigramm. XLVII. lib. VI. neſcio quem Eutychum in Bajis prope Neap. acerbiſſimo periiſſe fato memoravit.

Flete nefas veſtrum, ſed toto flete Lucrino
Najades, & luctus ſentiat ipſa Thetis
Inter Bajanas raptus puer occidit undas
Eutychus *ille, tuum, Caſtrice dulce, latus.*
Hic tibi curarum ſocius, blandumque levamen
Hic amor, hic noſtri vatis Alexis erat.

Deque aliis noſtrae Campaniae Eutychis adi Gruterianum indicem.

II. Adverſus haec, quod ſciverim, unus aſſurgit Martorellius, inclamat, contenditque extremam vocem SEBETHO ſuſpectiſſimam eſſe, & aliqua ſalutifera medela indigere, hinc illam reficit EX BOTO. Verum, ut id quod ſentio ſincere promam, innumerae ac ſemper prae manibus id generis medelae, quas in deliciis habet Martorellius, vir ceteroqui ingenio, & eruditione plane incredibili, ut plurimum exitialia venena ſunt, & infirmitatem potius vel mortem afferunt, quam ſanitatem. Vehementer doleo, quod in mentem veniat politiſſimi illius viri in Martorellium haud diſſimilis expoſtulatio: *Hortamur eum* (Ariſton redivivus), *pace ſua dixerim, ut placabilius ſe gerat in poſterum cum viris de graecanica eruditione benemeritis; nec ſpiſſe intonare quot verba totidem glomerantur* σφαλματα, *& mire exu-*

bera-

berare παραμαρτα. Sed de his judicent aequi rerum aeſtimatores. Inſuper rei antiquariae promicondus Martorellius confictum *σφαλμα* duplici ex capite oſtendit. Primo in ſcriptis ſilicibus honeſtatis ergo Deorum nomina primo loco ſcalpere mos fuit: in hoc autem ſaxo divinum Sebethi nomen in extremo habetur. Deinde hoc ſaxum dicitur erutum eſſe ex Neapolitanorum murorum fundamentis (h. e. ex aedibus Spataphori:) at nullum latiale ſaxum in hac urbe repertum eſt; imo omnia graecanica effodiuntur: ergo nil genuina eſt allata Epigraphe, ſed ob exſcribentium incuriam vel ſtuporem facile deturpata. In hunc modum argutatur, licet alia verborum periodo, Sebethi adverſarius Martorellius. At bona ejus venia, ſi rectam loquendi libertatem uſus umquam, aut ratio probavit, ad primum reponere mihi liceat. Inconcuſſum plane eſt in Inſcriptionibus Deorum & Caeſarum nomina principe loco frequenter appoſita eſſe: ſed aeque verum eſt nos interdum contrarium advertere, quod in Graecanicis praeſertim lapidibus frequens, ne dicam vulgare eſt. Legeſis Diſſert. 3. Vandalii. Hinc in millenis Graecorum titulis ſollemne eſt illud, ΘΕΟΙΣ, ultimo loco inſcriptum. Quirem hic conatu nil arduo ex Grutero, Sponio, Reineſio, Ferretio, Maffejo, Muratorio aliiſque Inſcriptionum theſauris quamplurimas ex latinis ſeligere, in queis numinum, & auguſtorum nomina in extrema dictione proſtant, atque in medium adducere: verum ne tempus in re omnibus obvia fruſtra teratur, lubens me retineo. Unam & aliam proferam, non quia ad rem evincendam ceteris aptiores exiſtimaverim, ſed quia heri aut nudiuſtertius erutae ſunt, & in locis noſtrae Neapoli propinquiſſimis. Prima in ruinis oppidi Pompejorum effoſſa dicitur, & Characteribus minio rubeſcentibus,

ANTEROS L. HERACLEO SVMMAR.
M A G
LARIB. ET. FAMIL.

quae fortaſſe in ipſo Larario, quod inibi inſtar Aediculae cum arula inventa eſt, affixa erat. Quinam fuerint Lares, & unde dicti ſint compitalitii, hoſtilii, praeſtites, permarini, quando, ubi, & quinam eis templa

pla, ſacella, & delubra dicarint, & quomodo celebrarentur lararia, & unde ortum habuerint, vel pueri noſcitant: hinc jure de hoc ſilice ait F. A. Zaccharia Hiſt. Lit. tom. 2. lib. 3. 4. *non pare, che queſta iſcrizione eſigga più d' un foglio di ſpiegazione. Nientedimeno ſentiamo, che Monſ. Bajardi ſtia occupato ad illuſtrarla con un copioſo comentario*. Altera ex ejusdem disjectis oppidi rudetis in lucem prodiit,

Q. LOLLIVS SCYLLAX ET
CALIDA ANTIOCHIS MATER
C. CALIDIVS NASTA IOVI
V. S. L. M. (1)

Et nunc, praeter alias, in mentem venit illa Inſcriptio, quam prope Romam extraxit eruditiſs. Pater Odericus, in qua legere eſt DIS PARENTIBVS in 13. verſu, & quod ad ſtuporem usque demirabitur Martorellius, ſollemnis illa ac tritiſſima formula DIS MANIBVS in

36.

(1) Hanc Epigraphen inter alias, quas ei transmiſerat Cl. Januarius Sances de Luna, inſeruit F. A. Zaccharia Hiſt. lit. tom. X. III. V. qui vero tot rerum mole oppreſſus, quaſi ſuimet oblitus, eandem reſcripſit in tom. XIV. l. V. Ibidem, ſed paulo ſuperius, ſequentem adfert epigraphen, ſed affectiſſimam, quamque in Nolenſi Dioeceſi erutam eſſe falſo credidit

SILVANO SACRVM
M. VICIRIVS. RVFVS. V. S.
QVOD LICVIT IVNIANOS. REPARARE
PENATES. QVODQVE. TIBI. VOVI
DE. MARMORE. SIGNVM

Deeſt quippe vox POSVI poſt VOVI, quaeque neceſſaria eſt ad juſtum carminis metrum finiendum, quaeque jam viſitur in αὐτογράφῳ, quod olim in Beneventana Dioeceſi repertum inter tot alia ſcripta ſaxa aſſervatur in ſelectiſſimo Muſeo Conlegii S. Petri ad Caeſaranum. De hac Epigraphe egit in ſingulari Diatriba Paſchalis Blanchius Munianenſis, ejusdemque Conlegii Presbyter meritiſſimus, cujus Vita jam paratur, & Philologica Opuſcula colliguntur. Hae autem mendulae quas vel obiter detergere placuit, laudati Hiſtorici famae, & ἀκριβείᾳ nil detrahunt, universi enim norunt, quam lubrica ſit exſcribendi ars. Hinc Scipio Maffejus Praefat. Muſ. Veronenſ. Muratorium, cujus Theſaurum illepidiſſimi quidam cavillatores perperam dilaniunt, exſcuſaturus id pronuntiavit: *Inſcriptiones ſine erroribus conglobare impoſſibile factu eſt*.

36. verſu, & fere in ultimo loco ſcalpta inviſitur, cet.

III. Ad alterum Martorellii argumentum ajo, *nil agere*, ut ille ait, *exemplum litem quod lite reſolvit:* ex longiſſimo enim & laborioſo illo ſermone, quem de Calam. tom. II. a pag. 462. usque ad 534. intexuit, nil meo quidem judicio, evicit, niſi *permultos* non vero *pauciſſimos* graecos lapides Neapoli excavari, uti Capuae & Romae, etiam publica auctoritate exaratos: nullo autem modo demonſtravit nullumdum latiare ſaxum Neapoli ſcalptum fuiſſe, imo ſtabilis permanſit Mazzochiana illa propoſitio: *latinas Inſcriptiones omnium generum* (Neapoli) *quotidie effodi*, cui univerſi adhaereſcunt. Non inficias eo plurimos titulos, qui Neapoli viſuntur, Puteolis, Bajis, Baulis, Miſeno, Cumis, Capua, aut undelibet illuc translatos fuiſſe: affirmare autem in tot inſcriptionum σιλλογη nullam eſſe Neapolitanam neutiquam potui. Neque credam eſſe quemquam tam ferrei pectoris, qui hocce παράδοξον deglutire valeat. Interim Graecanicum idiωma usque ad VII. ſaeculum Neapoli vernaculum floruiſſe a me nunquam impetret cl. Martorellius, ex eo quod inibi usque ad illam aetatem Graecae reperiantur Inſcriptiones: etenim alibi populi latine quidem loquentes Graecas Epigraphes compegerunt, non tam ſpiſſas, quam Neapolitani, quia hi impenſius, quam illi Graecanicis Inſtitutis vacabant: hinc miranda ſane eſt Dominici Diodati, juvenis ceteroquin ſupra aetatem eruditiſſimi, magna confidentia audacter aſſerentis: *De Chriſto Helleniſta;* pag. 166. *Neapoli vero decimum jam fere eſt ſaeculum ex quo Graeca lingua vernacula eſſe deſiit nihilominus nonnulla adhuc Graeca vocabula retinemus. Cujusmodi ſunt* Vallana, caſtanea cocta, a voce βαλάνος; Vaſtaſo bajulus a Βαςάζω fero; ſtrummolo turbo a ςρόβιλος; Catapano a κατα παν ſuper omne; nfenocchiare a φεναxίζω decipere; smorfia ab αμορφια forma indecora, *centrella, aculeus a κεντρον; chiafeo a γναφεὺς, quod eſt fullo cet.* ſcilicet non generant aquilae columbas, & hic in magiſtri ſententiam jurare debuit. Interim hujusmodi abnorme vocabulorum genus, quamvis quid Graeciae praeſeferant, tamen antea vulgare inibi fuiſſe Graecum eloquium minime evincunt: etenim, ut perquam ſimili utar exemplo in Italicae linguae Lexicis infinita pro-

D pedum

pedum occurrunt Graecae originationis vocabula, & tamen Italos antea Graecum vernaculum ſermonem habuiſſe nemo deliravit. Inſuper latini proprium idioma ex Graeco habent, & tamen latini primitus non tam Graeco, quam Etruſco ſermone utebantur. Tandem quamvis hujusmodi ruſticorum vocabulorum natales ex Graeco erumpere videantur, tamen caſu, ac fortuita analogia id evenire cenſet Antonius Genuenſis, ibid. pag. 222. *Speſſo il ſolo caſo ha generato alcune voci ſimili, anche in paeſi diſtantiſſimi... L'Italiano* battere *è fuor di dubbio eſſerci venuto dal* beat *de'Saſſoni, trovandoſene eſempi nelle leggi longobarde*, ſi quis battiderit: *come la parola* guerra. *Ma è la ſtoria della lingua Italiana, che cel debba inſegnare. La ſimilitudine può ingannare, anche quando è il medeſimo ſenſo. Chi direbbe, che* Mama Oella, *degli Americani, ſignificante* Madre Oella, *foſſe venuta dal Greco* μαμμα Ελλας, o *dal latino* Mamma tellus? *Chi, che il* Tata *di noi altri dal* Tatar *de'Tartari? Gl'Indiani, dice Rogger, chiamano* Amortam *una crema di vacca; e i Greci una crema di farina e mele. Io non direi che gli uni han preſa queſta parola dagli altri. Al capo di buona ſperanza* Kanna *è l'animale detto* Elano; *in Greco, e in latino è una canna. Quivi* ommā *ſon le mani, e in greco l'occhio, il volto. Nella China, dice Dubald* To *ſignifica molto:* too *in Ingleſe ha l'iſteſſo ſignificato. Nella medeſima China* tiao *è l'onore, che ſi rende ai morti; e in Greco* τιω *è onorare. Un antiquario ſarebbe dal medeſimo verbo Greco venire il* Tien *de'Chineſi*, Cielo, Dio, Sovrano; *eſſendo coſe tuttequante, che ſi venerano; e ſarebbe ridicolo. Sarebbe così ridicolo, chi deduceſſe l'una voce dall'altra, come chi dall' Ebreo* Bara, *verbo che ſignifica il creare de' latini, deduceſſe la voce italiana* Bara, letto, martorio, *o da* Naſi, *dottori* di legge, *la parola italiano* Naſo; *e come quei che da* Enacim, *giganti, cioè ſelvaggi deducono* Αναξ Greco, Re, *e da* Jehova *Ebreo, Giove. Nè perchè* Italos *in Greco ſignifica un toro, o un vitello, vorrei perciò dire, che l' Italia foſſe ſtata così detta in ſenſo di paeſe de'vitelli, o tori; come ſe i Greci non aveſſero prima veduto di queſti animali, come noi. Si può dire la maggiore ſcipitezza?* Abbotta, *dicono i Napoletani d'un che*

gon-

gonfia per lo sdegno ; nè perciò vorrei dire , che venga da Βυκταις, *uſato nell' iſteſſo ſenſo dall' Autore dell' Odiſſea* X. 20. *Sarebbe infinito queſt' articolo. Il caſo può fare anche più. I Groelandi, populi ſeparati da tutto il reſto del genere umano, hanno il Duale com' i Greci : chi direbbe, che l' aveſſero appreſo da' Greci?*

IV. Ceterum ſermonis pernicitate abreptus do manus meo Martorellio, & graecum eloquium usque ad VII. & quaſi ad VIII. ſaeculum Neapoli vernaculum fuiſſe concedo: exinde vero deduci nequit Neapolitanos cives latiares Inſcriptiones conficere non valuiſſe: quemadmodum enim Latini Graecam linguam callebant, Graecasque interdum exarabant Epigraphes, ita & Neapolitani, illuſtriores ſaltem, latiali pollebant idiomate, latialesque Epigraphes ſcriptitabant. Deinde innumeram Romanorum vim Neapolim confluxiſſe conſtat ex Cic. pro Rabir. Poſt. cap. 10. ex Statio ſilv. 5. carm. 3. v. 176. & ex Strabone lib. 5. pag. 378. ex quo belle colligitur Neapolim ſe recepiſſe cujuscumque fortunae Romanos, tum etiam primores, ac illuſtriores. Hi autem Romani, quorum immenſum fuiſſe numerum elucet, cum ceteris Neapolim confluentibus populis latino ſane ore ſonabant, ex quo licet eruere poſſem tunc Neapoli Hellenismum animam egiſſe, tamen, quod modeſte tueor, quodque nemo, niſi pertinaciae veneno tumidus, pernegabit, huc redit, ſcilicet Neapolitanorum illuſtriores latinum eloquium excoluiſſe. In tanta autem rei luce mihi quoque refragatur, literarum Graecarum amore citus Martorellius ibid. 465. ubi aſſerit Romanos non ob delicias Neapolim confluxiſſe, ſed ob Graecanicam Inſtitutionem : *etenim ſi Neapolitani latinos mores induiſſent, ſermonemque Romanum etiam didiciſſent, nequaquam Roma Neapolim ſe illi recepiſſent, cum haec eadem in urbe terrarum orbis principe longe melius ac elegantius reperiſſent ; verum Strabo* pag. 378. tom. 1. *clare praeſtat Romanos huc adventaſſe, quo Graecanicis Inſtitutis, Atticaque vivendi ratione fruerentur* perdite τὴν διαγωγὴν Ἑλληνικὴν *amantes; Delicias autem, & amaenitatem loci minime commemorat*. Verum miror magnum Martorellium, de Strabone praeſertim benemerentiſſimum, modo probae ſint ejus medelae, haec illinere quiviſſe. Siquidem Strabo

 ibid.

ibid. contrarium tradidiſſe viſitur. En ejus verba, *Ἐπιτείνουσι* (vel *ἐπιχείρουσιν*) *δὲ τὴν ἐν Νεαπόλει διαγωγὴν τὴν Ἑλληνικὴν οἱ ἐκ τῆς Ῥώμης ἀναχωροῦντες δεῦρο ἡσυχίας χάριν τῶν ἀπὸ παιδείας ἐργασαμένων, ἢ καὶ ἄλλων διὰ γῆρας, ἢ ἀσθένειαν ποθούντων ἐν ἀνέσει ζῆν, καὶ τῶν Ῥωμαίων δ' ἔνιοι*, *κ. τ. λ. vitae autem Graecanicae rationem augent* (vel aggrediuntur) *qui Neapolin Roma ſecedunt in ocium: ſive qui ab ineunte aetate laboribus defuncti ſunt, ſive qui ob imbecillitatem, aut ſenectutem cupiunt vitam jucundiorem degere: praeterea Romanorum primi* cet. & lib. 5. ait: *priſcis Romani ſeceſſum Neapolim faciebant, quietis, atque otii cauſſa*. Id ipſum innuit Cicero loc. cit.: *Deliciarum cauſſa & voluptatis non modo cives Romani, Sed & nobiles adoleſcentes, & quoſdam etiam Senatores ſummo loco natos non in hortis, aut ſuburbanis ſuis, ſed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella ſaepe videmus*. Hinc Livius lib. 3. dec. 3. diſerte tradit & plurimos nobiles equites fuiſſe Neapoli, & cives Romanos, cum nobilibus e Campania crebra iniiſſe connubia. Cum igitur tam longum, ſpiſſum, ac intimum Neapolitanorum cum Romanis extiterit commercium, falſus minime fui, dum dixi Neapolitanos, quicquid fuerit de proprio, Romanum eloquium didiciſſe. Hinc Statius, civis Neapolitanus, latina pöemata ſolummodo panxit. Neque obmurmuret Martorellius ibid. pag. 465. & ſeq. Statium fuiſſe graece doctiſſimum, & in Albano ruſculo ſaepe ruſticatum: nam primum neutiquam negavi: ad alterum ajo, quod vel pupuli norunt Statium pöemata latine panxiſſe in urbe latii principe, locisque confinibus, ſed aeque notum eſt Statium, non ſecus ac Virgilium, ſtudiis Neapoli florentem omnia inibi primum compegiſſe. Idem evincit Neronianum numiſma magni moduli, cujus deſcriptionem reviſas apud Ficornium cap. 6. Id ab Neapolitanis cuſum eſſe plurima indicant, imo & affirmat vel Martorellius ibid. pag. 409. ſed epigraphe hujus nummi latialis eſt: ergo Neroniana tempeſtate Neapolitani latino ore ſonabant: nam ut enotavit Dominicus Diodatus ibid. pag. 84. *Priſcis nequaquam id moris fuit, quod noſtris Regibus modo eſt, qui numos plerumque non vernacule, ſed latine inſcribunt. Illi qua lingua vulgo utebantur, eadem numiſmata inſcribebant; ut ex*

iis

tis non modo qui cujuſcumque populi ſermo fuerit , ſed etiam quae ejus ſermonis origines , quae mutationes , & incrementa certiſſimis veluti fatentibus teſtibus . Eadem praedixerat Spanhemius . Verumtamen ex his minime deduco tunc temporis Neapoli latinam linguam vernaculam fuiſſe , quod ad rem propoſitam probandam nil neceſſarium reor. Quod millies affirmavi, quodque hic contendo, illud plane eſt, Neapolitanos Romanum eloquium excoluiſſe , & cum pro Romanorum uſu ac dignitate praeſertim, quid publice exararent , latine ſcripſiſſe . Hactenus dicta plane confirmant , grande fragmentum Inſcriptionis Imp. Tito Neapoli ſcalptae, Graece ſuperne, inferne vero Latialiter , quo frequentiſſimi Romani convenae, quanta munificentia Titus de Neapolitanis meritus ſit, viderent : latiaris illa Epigraphe, in qua Valentinianus Neapolim muniviſſe dicitur , & alia monumenta, quaeque iſthuc tranſcribere non auſim, cum brevis eſſe laboro . Plurima autem praeterire non potui, & ſubiratis muſis viverem ſi vano ſilentio praeteriiſſem . Apud Capacium extat ſaxum , *M. Aurelio Pelagio patrono coloniae Neapol. pientiſſimo* , quod intactum reliquit Martorellius ibid. pag. 430. Proſtat apud Gruterum titulus, qui & Neapoli viſitur, in quo Agatha P. C. N. ideſt *Patronus Coloniae Neapol.* dicitur, quem male ad Nolam transfert Martorellius ibid. univerſis repugnantibus . Extitit & ſaxum cuidam L. Baebio Cominio erectum Neapoli , quod Martorellii ſuſpiciones nil infirmant, ſed tantum aliqua in particula ab Ligorio male ſanatum fuiſſe oſtendunt. De eodem Cominio vides apud Gruterum alterum Neapolitanum cippum pag. 373. 2. & plurima ſunt ſaxa latialia in Helenae & Conſtantini decus, quae omnia νοθείας plena eſſe dicere, ut contendit Martorellius, neſcio quid temeritatis praeſeferat . Longus eſſem ſi omnia percurrere vellem : ut vero horum lapidum γνησιότης cognoſcatur , unius tantum apologiam ago. Viſitur Epigraphe μετρικῶς inſcripta, licet tenebricoſa nimis, adjecta parieti prope portam, qua in Aedes Dominicanorum in Nilenſi regione degentium, itur, cujus initium

Imbrifer ille Deus mihi ſacrum inviſit Oſirim

Hanc Martorellius pag. 651. quia ſuae theſi adverſantiſſima eſt, ſpuriam, aut duobus circiter ab hinc ſaeculis confictam eſſe libere aſſerit. Nempe hoc familiare eſt meo Martorellio, ut nodos vindice dignos ſecare malit, quam cum cura, & induſtria ſolvere. Ecquis autem ex Neapolitanorum civibus in tanta Chriſtianae Religionis luce & progreſſu vota, preces, vel quicquid ſibi vult hic Inſcriptionis auctor, vertere potuerit ſibi ſacro Oſiridi, Imbrifero Deo, cet.? Neque ſibi Deum invidere, & quod ſequitur

Voce precor ſuperas auras & lumina caelo.

Chriſtianum hominem redolent. Porro qui hoſce verſus exaravit minime ab avis, atque atavis, vel ab antiquiſſimis membranis hauſit in hac regione Oſiridem cultum, ut conjectatur Martorellius: nam paucis ab hinc annis monumenta in lucis auras exſiliere, quae certe firmant Aegyptios inſediſſe hanc regionem: hinc exſcuſandus Tutinus aſſerens regionem Alexandrinorum ita eſſe dictam ab Aedicula S. Athanaſii inibi erecta. Neque ſi id fama noviſſe illorum verſuum *σκοτεινοτατον* auctorem quidem dicimus, conjectari poſſumus cur ſibi Oſiridem tamquam ſibi Deum proponere voluerit. Quod plane illepidiſſimum, ſacrilegum, ac inſanum eſſet, quodque cogitari nequit: illorum enim verſuum modus & ſenſus, licet obſcuriſſimus, neſcio quid ſincerae pietatis, & ſacrae, ac minime fictae orationis praeſeferant. Vero contra ſimilius, & candidiori ſimplicitate dicimus hanc Epigraphen vetuſtiſſimam eſſe, & Alexandrinorum aevo, qui huc, ut infra dicendum, convenerant, exaratam. Ecquid enim nos adigit ad aliud miſere conjectandum? Neapolitani igitur latiares epigraphes compegerunt: ergo ſubleſtiſſimae conjecturae omnes, queis conatur Martorellius Eutychiani ſaxi *γνησιοτητα* oppugnare, & collaudandi potius tum noſtrates, tum exteri cujuſcumque pretii Scriptores Altus, Gruterus, Capacius, uterque Summontius, Falcus, Nizolius, Sanfelicius, aliique, qui allatam Epigraphen germanam, & vetuſtiſſimam eſſe arbitrati ſunt. His addo Ulamingium, qui ad illud Sannazarii

Te

Te pater irriguis audit Sebethus in antris
Jurgia ad ingratas dum jacis ipſe fores.

Haec enotavit: *recte, fuit enim divinis honoribus cultus:* inde allatam Inſcriptionem adfert & confirmat. Non me fugit nuperum Pontanianae vitae compilatorem in hiſce bene tornatis Ulamingii adnotatiunculis curam diligentiorem deſideraſſe. Verum haec eſt ſueta eorum, qui os in ficu, & nodum in ſcirpo ſcrutantur, querimonia. Ad jam vindicatam Inſcriptionem ſpectaſſe videtur Nic. A. Caracciolus Vici Marchio in pereleganti titulo, quem ſupra portam ſui viridarii, vulgo il *Guaſto*, extra Portam Nolanam exaravit, quaeque adhucdum legitur

NIC. ANT. CARACCIOLVS VICI MARCHIO
E CÆSARIS A LATERE CONCILIARIVS HAS
GENIO ÆDES, GRATIIS HORTOS, NYMPHIS
FONTES, NEMVS, FAVNIS, ET TOTIVS
LOCI VETVSTATEM
SEBETHO, ET SIRENIBVS DEDICAVIT
AD VITÆ OBLECTAMENTVM ATQVE
SECESSVM, ET PERPETVAM AMICORVM
IVCVNDITATEM. M. D. XXXXIII.

Poſtremo ſi vox SEBETHO eſſet ex hac epigraphe veluti adſcititia, ac extranea detergenda, adhuc ignoraretur eccuinam Deorum reſtituta fuerit Aedicula iſthaec, quod ſane rariſſimi, vel nullius ferme exempli eſt: enimvero in id generis Inſcriptionibus ſemper apponuntur Deorum, Caeſarum, vel Heroum nomina, quibus arae, ſtatuae, vel fana reſtituuntur, ut elicere vales vel ex illa Muratoriana pag. V. quae noſtrae ſimillima eſt, ut millenas taceam.

C. IVNIUS. M. F.
II. VIR. CLAVDII. II. VIR. NOLAE.
IIII. VIR. QVINQVENN.
ARAM. DE. SVO. FACIVND.
COERAVIT
IDEMQVE RESTITVIT
IOVI. O. M. SACR.

Et ex illa Gruteri : *Fabius Maximus V. C. Rector Prov. Thermas Herculis reſtituit*. Quid moror illam ejusdem Muratoris pag. 61. *M. Lucceius M. F. Anaximander Praef. Abellae Hercul. dicavit*. In queis Herculis & Jovis nomina in ultima dictione ſcalpta jam vides.

Antequam hinc abeo, alios, leviores licet, Martorelli ſcrupulos eximere meum eſt: pag. 225. num. 262. (*Napoli abitata da' Fenicj*) hunc in modum intonat: *V' ha forti ragioni, che non ſi leggea* Sebeto, *ma colla ſolita formola* EX. BOTO, *in vece di* ex voto, *ſiccome* bixit, *per* vixit, ec. *ed il Mazzocchi ne' bronzi d'Eraclea avvertiſce pag.* 356. *col.* 1. V. pro B. ſerior aetas ad nauſeam *permutavit*. Reſpondeo, hanc vulgarem permutationem norunt vel femellae, & id millies recitaverat Sphanhemius. Verum probet primum Martorellius, noſtrum marmor ſerioris eſſe aetatis, quod praefracte negavimus, ac deinde illud cum vitioſiſſima illius ſaeculi orthographia componet. Praeterea ex Sebetho in EX BOTO non eſt facillima permutatio: nam plurium litterarum, uti vides, commutationem, excluſionem, ac tandem totius dictionis diviſionem importat.

IV. Replicat Cl. Martorellius ibid. *Si sa in oltre di quanta dubbia fede ſono l' Iſcrizioni dall' Alto raccolte, il quale dicendo, che 'l ſaſſo* erutum eſt a fundamentis *di noſtra città, fa più ſicuro l'errore, sì perchè eſſendo in Napoli rinvenuto, niuno de' noſtri Scrittori il riporta, e n' avrebbero fatto gran pregio, leggendovi il Sebeto adorato tra Numi, e dedicatigli tempietti: ed all' oppoſto ſarebbe ſtata reità enorme de' noſtri ſavj il non averlo curato*. Audio. Verum quid facias tot Archaeologis, qui cum Aldi epigraphae ad rem ſuam faciunt, reticent, vel eas laudibus excipiunt, & ad quidlibet firmandum adducunt, cum vero propriis ſenſis adverſantiſſimae ſunt, tot injuriis opprimunt, & proſcindunt? Ad aliud, quod urget Martorellius, ajo, quod jam vidimus, Scriptores ante & poſt Manutium hanc Inſcriptionem innuiſſe: antiquiores vero de illa non meminerunt, quia non adhuc effoſſa erat.

V. Inſtat ibid. pag. 226. Martorellius : *Quello però, che ſaldamente pruova eſſervi fallo nella voce* Sebetho,

ſi

ſi è, che ci fa ſapere Grutero, che queſto P. Maevius Eutychus *eſſer potrebbe quel* P. Metillius Eutychus, *che fu in Roma* Fontis Gallicani magiſter, *ſiccome ricava da altro marmo* 180. 1., *ed allora ſi ha da ſupporre, che Eutico veniſſe in Napoli, e ſi toglieſſe a rifare i luoghi ſacri, che i noſtri maggiori non curavano, e gli tenevano contro il dovere.* Vides interim Martorellii vatinianum in Sebethi apotheoſin odium cum illam quibusvis, inanibus licet, machinamentis oppugnare adnititur. Quid reponam? Rotundo ore pernego noſtrum Maevium Neapolitanum unum eundemque eſſe cum Metillio Gruteri, cum ad id affirmandum nulla ratio, neceſſitas, aut convenientia adſtringit. Miror ſane Martorellium haec urgere potuiſſe: nam ſi vera eſt Gruteri opinatio in auras abibunt Martorelli oppoſitiones, queis aſſerit Neapolitanas Epigraphes ſolummodo Graecas extitiſſe.

VI. Poſſem hic ad Neapolitani Sebethi apotheoſin firmandum adjicere & bina illa περιβοητα verba NAMA SEBESIO in tauri collo in ſacrificio Mithrae ſcalpta, quae de noſtro Sebetho plurimi interpretati ſunt, ſed ſummae impudentiae, ac temeritatis arguendus forem, ſi in certo horunce verbulorum ſenſu rimando judex ſedere vellem. Legeſis Scip. Maffeji Differt. quae Rom. in Cortonenſium D. vol. III. prodiit an. 1741. Id agant alii, qui barbatulorum more inſaniunt, ego perbrevi me meo pede metiri ſcio. Tantum perpendat velim Martorellius, quam inficeta, abſurda, & inter ſe adverſantiſſima, aut toto coelo diverſa ſint cetera, quae de his duabus φωναι tot eruditi protulerunt interpretamenta, perpendat, inquam, vir in arte hermeneutica callentiſſimus, e contrario quam fluens, candidum, & nil obtortum illorum interpretamentum ſit, qui in illis verbis Sebethum intelligi clamitant, & inde quae ſibi magis adlubeſcit ſententiae velificetur. Non ſum neſcius me haec ſcribentem ancipitem licet adhuc & fluctuantem indoctiſſimi notam incurſurum. Verum ego hujusmodi ludibriis exponi malo, quam cum quibusdam Phanaticis, qui animo innovandi incaleſcentes, trita & obvia quaeque deſpiciunt, inſanire.

Ut autem meae vel nutantis ſententiae veriſimilitudo

do dignoſcatur audire praeſtat eruditiſs. Banerii Adnotatorem Baſſum Baſſi hac de re ita fantem tom. 3. pag. 146. *non crederei gir lungi dal vero in aſſerendo, che il nome di Sabismo provenne dal ſolo, che ſi chiamò Sabadio, Sebadio, Sebaſio, e Sebeſio, come l' affermò il dottiſſimo Prelato Filippo della Torre* De Mithra cap. 4. *e prima l' accennò Macrobio* Saturnal. lib. 1. cap. 18. in Thracia eundem haberi ſolem cet. quem illi Sebadium nuncupantes magnifica religione *colebant*. *Provalo ancora la nota Iſcrizione* NAMA SEBESIO, *di cui tanti letterati an ragionato*. Itaque juxta hunc doctiſs. virum SEBESIO in hoc brevi titulo *Solem* indicat. Sed ecquodnam eſt τὸ ſolis *νᾶμα*, *fluentum*, *unda*, *rivus aquae*, aut latex? Quid ſol cum *fluento*? Ex hoc unum, quod quidem inſulſum non eſt, erui poſſet, nempe extitiſſe quoddam *fluentum νᾶμα* ſoli dicatum, eodemque ſolis nomine inſignitum, Sebetum ſcilicet, cui quidem rei lubens adſtipularer. Sed ubinam leguntur Soli dicata flumina? Cyrenen quidem Solis uxorem in fluminibus victitaſſe poëtae fabulati ſunt, ut Georgic. IV.

Mater Cyrene mater, quae gurgitis hujus
Ima tenes. Quid me praeclara ſtirpe Deorum.
(Si modo, quod perhibes pater eſt Tymbraeus Apollo)
Invitum fatis genuiſti.

Et ſolis filium Phoetontem, *quem procul a patria diverſo maximus orbe Excipit* Eridanus, *fumantiaque abluit ora*. Inter ſolem autem & flumina nullum extitiſſe commercium ſat ſcio, niſi quod apud Homerum Iliad. θ Apollinem allocutus eſt Xantus, & apud Sannazarium Epigram. lib. 2. legitur *de Camilla Scalampa Mediolanenſi*,

Fumantem ambuſtis olim Phaetonta quadrigis
Excepit rapidis fluctibus Eridanus.
Ecce recens, Ticine, tibi de ſole trophaeum
Erigit auratis culta Camilla comis
Nam Deus ille tuis auſus concurrere ripis
Majoris numen ſenſit adeſſe Deae.
O fatum fluviorum! ergo nova fabula veſtris
Semper erunt Nymphis, aut Pater, aut Phäeton

Alii contendunt, NAMA SEBESIO, innuere ſanguinem victimarum, liquorem vel laticem quemque,

qui

qui ante Mithrae taurum effundebatur, a *Σεβομαι colo, veneror, pius ſum*, ſeu *a Σεβαϛος, ȣ venerabilis, veneratione dignus*. Verum hoc interpretamentum praeterquamquod felix minime fuerit in rimanda vocis SEBESIO origine, id maximae difficultatis habet, nempe nullam aperit cauſſam ob quam ſacrum illud effuſum, vel effundendum *νᾶμα* claris literis, & in illo loco inſcribi debuerit. Tandem ne meum Sebetho perquam decorum interpretamentum tam cito caſtiges ac rejicias, expendendum enim tibi prius eſt, an quae aliorum attulimus interpretamenta arrideant, & an ceteri magis opportuna ſcrutentur.

VII. Quae huc uſque diximus confirmare intereſt aliis monimentis, ex queis conſtat vetuſtiſſimos Neapolitanos Sebethum ſumma religione proſecutos eſſe. In veſtibulo templi Caſtorum, quod ingenti architectonices jactura, terrae motu concidit an. 1688. juxta Ludovicum Sabatinum Kalend. tom. VI. pag. 86. & quod an fuerit erectum Tiberii tempore, an in ſequiori aetate adhuc Mazzochium inter & Martorellium diſſidium fervet, inſcripta eſt Graeca elegans epigraphe, ſupra quam, & proprie in tympano, opere anaglyptico, plurimae Deorum viſuntur imagines, quas inter ad laevam eniteſcit illa Sebethi humi procumbentis, qui laeva erectum ſuſtinet calamum, dextra autem doliolum aquas evomentem. Audi A. Summontium, licet impolitiſſimae elocutionis virum, notitiarum tamen noſtrae principis urbis promum condum lib. 1. pag. 88. *Dall' una, e l' altra parte vi ſtavano i ſimolacri della terra, e del Fiume Sebeto... quel di Sebeto tiene alla ſiniſtra il calamo, e nella deſtra il dogliolo.* Idem habet Neapol. rerum conſervator acerrimus Carolus Celanus (*Giornata* 2. *pag.* 125.) imo exiſtimat in terrae figura fortunatam Campaniam deſignari. Sub eadem forma, paucis demtis, Sebethum ſe vidiſſe finxit Sannazarius in Arcad. proſ. 12. *O fidata mia ſcorta, o belliſſima Ninfa, ſe fra tanti e sì gran fiumi il mio picciolo ſebeto può avere nome alcuno, io ti prego che tu mel moſtri. Ben lo vedrai tu, diſſe ella, quando li ſarai più vicino, che adeſſo per la ſua baſſezza non potreſti, e volendo non so che altra coſa dire ſi tacque. Per tutto ciò i*

paſſi

paſſi noſtri non ſi allentarono, ma continovando il cammino andammo per quel gran vacuo . . . Maravigliandomi io del noſtro veloce andare, che in sì breve ſpazio di tempo poteſſimo d'Arcadia infino quì eſſere arrivati: ma ſi potea chiaramente conoſcere, che da potenzia maggiore, che umana, eravamo ſoſpinti. Così a poco a poco cominciammo a vedere le picciole onde del Sebeto, di che vedendo la Ninfa, ch' io m' allegrava, mandò fuori un gran ſuſpiro, e tutta pietoſa ver me volgendoſi mi diſse. Omai per te puoi andare, e così detto diſparve, nè più ſi moſtrò agli occhi miei. Rimaſi io in quella ſolitudine tutto pauroſo, e triſto, e vedendomi ſenza la mia ſcorta appena avrei avuto animo, di movere un paſso, ſe non che dinanzi agli occhi mi vedeva l' amato fiumicello. Alla quale dopo breve ſpazio appreſsatomi, andava deſideroſo con occhi cercando, ſe poter vedeſſi il principio, onde quell' acqua ſi movea, perchè da paſſo in paſſo il ſuo corpo parea che veniſſe creſcendo, ed acquiſtando tuttavia maggior forza. Così per occulto canale indrizzatomi, tanto in qua ed in la andai, che finalmente arrivato in una grotta, cavata nell' aſpro tufo, trovai in terra ſedere il venerando Iddio co 'l ſiniſtro fianco appoggiato ſopra un vaſo di pietra, che verſava acqua: la quale egli in aſſai gran copia facea maggiore con quella, che dal volto, dai capelli, e da peli dell' umida barba piovendoli; continovamente v' aggiungeva. I ſuoi veſtimenti a vedere parevano di verde limo: nella deſtra mano teneva una tenera canna, ed in teſta una corona inteſſuta di giunghi, e d' altre erbe provenute dalle medeſime acque; ed intorno a lui con diſuſato mormorio le ſue Ninfe ſtavano tutte piangendo, e ſenz' ordine, o dignità alcuna gettate per terra non alzavano i meſti volti, ec. Cum igitur inter patria numina Sebethum quoque inſeruerint Neapolitani, cumque in porticu tanti templi imaginem ejus appingere curaverint, ecquis adhuc obtrudet Eutychum Sebetho Aediculam reſtituere non potuiſſe?

VIII. Inſuper divini Sebethi imago inſculpta quoque viſitur in alio vetuſtiori marmore. Audiſis Summontium ibid. pag. 93. *Dell' antica Religione de' Napoletani rende teſtimonianza, quel marmo c' ora ſerve per cannone d' ac-*

d' acqua, che ſparge ſopra la fontana del molo, ove ſi vedono ſcolpiti di baſſo rilievo Apollo in mezzo alle Sirene, e Sebeto. Summontio cariſſime conjurat Celanus (*Giornata V. pag.* 47.) *in quel marmo ſcolpito vi ſtava di fattura Greca Apollo in mezzo alle Sirene, e del Sebeto*. Quod marmor fuiſſe Arulam Deorum jam advertit Vinandus. Falſiſſimum ergo eſt illud Martorellii adſertum, nempe Sebethum meruiſſe neque Aediculam neque Aras. Quod haec non meruerit concedam, quod non habuit ſtrenuus pernegabo.

IX. Ad utriuſque ſani monumenti vim declinandam non aliud Martorellio effugium patere video, quam ſi dixerit, haſce Icunculas Sebethum minime deſignaſſe, ſed aliud quodcumque flumen. Verum ediſſerat, amabo, ecquodnam fuerit hocce aliud flumen, praeter Sebethum, cui religioſum cultum adhibere obſtringebantur Neapolitani? Nullum ſane ex hiſtoria, excepto Sebetho, aliud flumen habemus, ita de Neapolitanis benemeritum, ut ab eis potuerit exigere juxta Gentium errores imagines, Aediculas & Aras. Imo monſtroſam animi culpam ſubiiſſent Neapolitani, ſi poſthabito Sebetho, aliud quodcumque flumen ſibi adorandum propoſuiſſent. Non deerit fortaſſe qui mihi hic ita erit obmurmuraturus: Neapolitanos in Nilum religioſiſſimos fuiſſe, eique Statuam poſuiſſe extra dubitationis aleam eſt: eccur igitur dici nequit allatas imagunculas Nilum potius, quam Sebethum praeſeferre? Reſpondeo. Statuam Nilo veluti patrio numini non erexerunt Neapolitani αὐτοχθονες, ſed Alexandrini, quorum vim grandem Neapoli fuiſſe ex Svetonio deducit Martorellius de Calam. tom. II. pag. 649. ubi loquitur de τῶν Κυνιων Fratria, & id jam adverterant Matthaeus Aegyptius, Fabius Jordanes, Celanus, & Sabatinus Kal. tom. I. ubi Tutinum profligat fantem regionem Alexandrinorum ita eſſe nuncupatam ab Aedicula S. Athanaſii inibi erecta. Haec ἀποδεικτικὰ ſunt. Ex inde tamen colligi nequit Neapolitanos Nilum coluiſſe, ſed & Alexandrinorum exemplo Sebethum quoque aliquo divino honore affeciſſe.

X. Dixi non Neapolitanos αὐτοχθονας, ſed Alexandrinos Nilo ſtatuam illam dedicaſſe: nam uti decet, & videtur alibi, unaequaeque gentes in eadem civitate, propria

pria & peculiaria numina colebant, neque conſtat quendam virum Neapolitanum Aegyptiorum numinibus memoriam dedicaſſe: nam Neapolitani propria numina in publicis templis adoranda habebant, inter quae non extabant Iſis, Oſiris, Anubis, Apis, Adonis, ut ex illorum templorum ruinis & monimentis apparet. In hac quoque re, quam certam quisque putet, mihi refragatur Martorellius ibid. pag. 642. & hanc obtrudit epigraphen,

ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΣ . ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ
ΝΕΑΠΟΛΙΤΗΣ. ΑΝΟΥΒΙΔΙ. ΥΠΕΡ. ΕΑΥ
ΤΟΥ. ΚΑΙ. ΤΗΣ. ΓΥΝΑΙΚΟΣ. ΚΑΙ. ΤΩΝ
ΠΑΙΔΩΝ. ΕΠΙ. ΤΕΡΕΩΣ. ΣΩΣΙΩΝΟΣ
ΤΟΥ. ΕΥΜΕΝΟΥΣ. ΟΙΝΑΙΟΥ.

Cui ſic adnotat : *Interea fruamur nos bis vetuſtatis honeſtiſſimis monumentis, ex quibus eruo, ideo in marmore appoſitum τὸ* Νεαπολίτης, *ut poſteri noſcitarent non virum ex Alexandrinis, quibus ea regio florebat, ſed Neapolitanum Anubidi memoriam dedicaſſe*. Verum, tametſi adſtruere poſſem, praeclarum id marmor Neapolitanum neutiquam eſſe, cum Venetias translatum ex Delo dicat Gruterus pag. 86. 2. reſponſio in promtu eſt: nempe *Neapolitanum* dici hunc Apollonium ob longum & jam firmatum domicilium, quo cum caeteris Alexandrinis in Cynaeorum regione permanebat. Praeterea jam conſtat, ſingulas Φρατρίας propria coluiſſe numina. Hactenus dicta confirmat Cl. Matthaeus Aegyptius in eleganti hac epigraphe, quam majorum noſtrorum nutu ſub Neapolitana Nili ſtatua appoſuit.

VETVSTISSIMAM NILI STATVAM
AB ALEXANDRINIS OLIM VT FAMA EST
IN PROXIMO HABITANTIBVS
VELVTI PATRIO NVMINI POSITAM
DEINDE TEMPORVM INIVRIA
CORRVPTAM CAPITEQVE TRVNCATAM
AEDILES QVIDEM AN. MDCLVII
NE QVAE TOTI HVIC REGIONI
CELEBRE NOMEN FECIT

SINE

SINE HONORE IACERET
RESTITVENDAM COLLOCANDAMQVE
AEDILES VERO AN. MDCCXXXIII
FVLCIENDAM NOVOQVE EPIGRAMMATE
ORNANDAM CVRAVERE cet.

De hac eadem Nili ſtatua, quae apud plebem vulgo, *Corpo di Napoli*, audit, cecinit merito Bernardinus Rota:

Quid tibi cum Nilo Siren male blanda? canentem
Te ductum fugiens terra ego delitui.
Infenſi cives cur me promſiſtis, ut eheu
Cogerer invitis cernere vos oculis.
Quis bene diſcordes animos quis barbara juſſa
Tempora quis ferro deteriora videt?
Obruite, o cives, Sebetho aut mergite; ni mox
Diſcatis laeſi numina quanta Dei.

XI. Antequam ultra progrediar, ſi congruentiarum unquam locus, & conjectari mihi liceat. Refert Joh. Villani; quod & confirmat Summontius lib. 1. pag. 207. locum, ubi nunc Nili patet platea, uſque ad illam Portam, quae *Ventoſa* dicitur, olim lata aquarum congerie plenum fuiſſe: ad eam enim partem non ſolum fluctuabant paludarum aquae, ſed ipſemet Sebethus, illarum aquarum rivulis auctus, ut in extremo capite oſtendam: omnes autem hae aquae, proſecuntur hi 11. viri, Nili imaginem referebant. Quam quidem traditionem ambabus ulnis excipio, imo ſtrenuus evincam, Sebethum tunc temporis Nilo ſimillimum fuiſſe, & Nili nomine vocitatum. Primo Nilo ſimilis interfluebat ob aquarum copiam, & ob foecunditatem praeſertim: univerſos enim, qui ab Veſuvii radicibus ad Neapolim uſque patent, campos, vicinos hortulos late, olerum omnium ſeminaria, praedia, pomoeta omnia, & ſuburbana paſſim viridaria jugis alluebat: adde ſolam Sebethi aquam biberunt primi noſtrae principis urbis coloni. Praeterea, ut jam diximus cap. 1. Orientales populi, qui huc advenerant, loca haec noſtra homonyma illis, unde profecti fuerant, facere ſtuduerunt: ergo mirum non eſt, ſi Alexandrini Sebethum *Nili* nomine vocitave-

verint, eique ſtatuam, tamquam patrio numini poſuerint. Denique norunt vel pueri Nili nomen γενικωτατον eſſe: igitur noſtro Sebetho vel facillime dari potuit. Haec autem juſtam congruentiarum veriſimilitudinem minime ſuperant: verumtamen ſi vera ſunt, ex Deorum choro nullum in hac noſtra civitate magis excultum eſſe oſtendunt, quam Sebethum.

De Neapolitano Nili ſigno plurima congerit Cl. Martorellius, quae tamen ad ſanioris criticae lancem expendere libet. Nec extra chorum cano, ſi vagum Martorellium vagus & ego quaque verſus ſequar: haec ſubdit ibid. pag. 650. *Scias nos Neapolitanos haud Romae coloſſicum Nili ſignum invidere, quod expreſſit Montfauconius in Antiq. explan. t. 3. pag. 186. quamvis noſtrum minoris molis, & Romanum ſenis denis puellis, & crocodilis non unis dives, Neapolitanum vero iisdem ſymbolis, & fortaſſe pleniore arte ſcalptum ſit. Cur Nilum cum infantibus ludentibus finxerint ſtatuarii, docent nos veteres Scriptores, dum adſtruunt mulieres ſterilitate laborantes, ſi hujus fluminis aquas bibiſſent, ſtatim evaſiſſe utero gerentes: quare haud praeſtem fidem Montfauconio ajenti ſexdecim illos puellos adnotare ad totidem cubitos, nec ultra, Nili aquas aſcendere conſueviſſe: verum hujus ſententiae vadem dat neminem; imo non tam facile membranis illeviſset, ſi in noſtrate Nili ſtatua privum puerum ſcalptum noſset, itaque infantium Nilenſium numerus penes ſtatuariorum, arbitrium erat: & quis in animum inducat pro cubitorum numero veteres finxiſse puellos? cum ea in re nulla ſit ἀναλογία, plurima vero, ſi dicas Nili aquas mulieribus faecunditatem peperiſse.* Niliaca vero aqua mulieres faecundas reddi ex Kirchero, Thoma Stanlejo, Plinio, Theophraſto cet. late demonſtrat, hinc concludit: *& miror iſthaec tam aperta non advertiſse Montfauconium*. Ad haec igitur tria repono, ut & brevis ſim, & magni Montfauconii famae conſulem I. Romanam Nili ſtatuam, qua majorem non viderunt gentes, cum hac noſtrate comparate quid eſt aliud niſi nobis palpum obtrudere? II. Non fuit neceſſe, ut Montfauconius Neapolitanum Nili ſignum obſervaret, ut ei pateret Nilum aliquando non ſexdecim puellis fuiſſe circumdatum: noſcitabat enim

id

id vir doctiſſimus, quod & vident ipſae femellae in Caeſarum nummulis, in queis eluceſcit Nilus cum ſingulis, aut binis puellulis, quosque iſthuc transferre, importunum puto, cum ſint omnibus noti. III. Ajo puellos in Nili figura mulierum faecunditatem minime deſignaſſe. Primo quia mirabilis Aegyptiarum faecunditas fabuloſa eſt. Appoſite ſatis magnus Mazzochius Spicileg. to. II. pag. 2. *At mihi ſane ut fatear veterum Ariſtotelis, Plinii, Solini, Paulli juriſconſulti notiſſimas narrationes de quinis, imo & ſeptenis uno partu in Aegypto editis fabuloſae videntur. Nec temere auguror, eas hiſtorias ad Hebraearum potius olim in Aegypto peregrinantium foeturas pertinuiſſe. Sed ethnici Hebraicae hiſtoriae ignari Hebraeos ſaepe cum Aegyptiis per omnia confuderunt: ut animadvertere licet in illa narratione, quae reperitur in Joſephi I. contra Appionem, in Taciti V. hiſtor. in Juſtini lib. XXXVI de Judaeis leprae cauſſa ex Aegypto pulſis; qua in narratione habentur Judaei ut Aegyptii generis. Sic etiam Ariſtophanes Avibus, Aegyptios* πλινθοφόρους (laterum portitores) *vocat: quod de Hebraeis in Aegypto morantibus fuerat praedicandum. Sed ut eo redeam; ubi ſemel Aegyptiarum (quae tamen revera Iſraëlitides erant) portentoſa fecunditas aures hominum occupavit; de ea ſic poſteriores auctores ſcripſerunt, quaſi ſi ſemper eadem fecunditas conſtitiſſet. Et alioqui ſcimus, antiquos parum fuiſſe de exploranda narrationum fide ſollicitos, ſed unum ex altero, ut quodque inſolitum, & portentoſum nanciſcebantur, deſcripſiſſe.* Neque urgeat quis contra meum Mazzochium primam Hebraeorum in Aegypto multiplicationem Niliacarum aquarum faecunditati adſcribendam eſſe: nam quamvis illa Hebraeorum multiplicatio naturaliter evenire potuerit, ut evincit Simlerius apud Hiſtoricos Anglos, confirmat Malvenda, & tribus rationibus ſuadet Cornelius a Lapide: tamen & hi fatentur propagationem illam non eſſe adſcribendam ſoli naturae, ſed *ſingulari* Dei providentiae, auxilio, concurſui, qua naturam adjuvit, fovit, vegetiorem, & faecundiorem effecit. Hinc S. Auguſtinus de Civit. cap. 7. lib. 18. dicit eos *creviſſe divinitus fecundata multiplicatione*; cujus ſententiam maxime probat Pererius diſput. 1. ad cap. 1. Exod. Etſi enim, ut cum

Coquaeo ratiociner, mulieres in Aegypto ſaecundas eſſe, & locis pleriſque geminos etiam edidiſſe concedatur, tamen omnes mulieres unius ampliſſimae gentis per duo & amplius ſaecula perpetuo quolibet partu plures edidiſſe, quod de Hebraeis traditur id nonniſi quodam praecipuo ac ſingulari privilegio, & favore in eam gentem contigiſſe potuit. Addo quod quanto magis opprimebantur, tanto magis creſcebant, cum minus labor, & tyrannica illa oppreſſio ac ſervitus faecunditati magis eſſet contraria. Tandem ſi Hebraei ob Nili aquarum faecunditatem creverunt: eccur Aegyptiae mulieres eandem faecunditatem non habuerunt? His ſaltuatim animadverſis, quiſque mecum Tirinum miretur ajentem: *Ut omittamus prodigioſam Aegypti fecunditatem, & etiam extraordinariam Dei benedictionem promiſſam toties Patriarchis; potuit ſola via naturali, ſpatio tot annorum numerus Iſraëlitarum in tantam multitudinem, & etiam majorem excreſcere.* Eadem repetit Menochius. Scilicet hi II. viri, & alii ſi qui ſunt, Bonfrerii ſupputatione deliniti, quae ſupra fudimus, momenta neutiquam adverterunt.

Deinde ſi puelluli Nilo adſtantes Aegyptiarum faecunditatem indicarent, non ſolum pupuli circa Nilum inſculpi debuiſſent, ſed & cetera animalia, oves praeſertim, boves & capellas, quae eandem dicuntur habuiſſe faecunditatem. Ceterum pueros juxta Nilum luſitantes ejusdem Fluvii excreſcentiam & menſuram deſignare magnopere oſtendit nummulus ille, quem Antonino dedicarunt Aegyptii, in quo eniteſcit cum ſuetis ornamentis & ſymbolis Nili figura, ante Nilum autem Puellus viſitur quodam gyrulo circumdatus, ad quem gyrum (quomodo proprie dici debeat ignoro) dextram erigit. Ecquid autem eſt gyrus ille, niſi quaedam menſurae ſpecies, aut ſignificatio? In aliis autem Nili nummulis, Hadriani praeſertim, duo qui inibi viſuntur infantes, manibus cornucopiam ſtringentes, neque Nili faecunditatem, neque menſuram deſignant, ſed univerſam totius Aegypti abundantiam. Id apprime confirmat alter Trajani nummus DACIA AVGVSTI PROVINCIA in quo ipſius Daciae figura ſedet, ante eam vero pupuli duo, quorum unus frumenti ſpicam oſtendit, alter uvarum race-

ce-

cemum. Omnia totius regionis faecunditatem indicant. Sed tandem a longo diverticulo ad viam regrediamur.

XII. Conſtat igitur ex allatis monimentis Sebethum, noſtrae Neapolis antiquiſſimum Flumen, divino cultu fuiſſe quondam honeſtatum, quae ſi quis contendendi morbo incaleſcens adhuc pertinaciſſimus negaverit me denique ſic ratiocinantem audiat. Rem penitius introſpicio. Vel ex Tacito liquet Populorum religiones ſacra, lucos, & aras patriis amnibus dicaſſe: ſiquidem antiqui ſi quem fontem, vel utilem aquam excavantes reperiſſent, id Nympharum munus eſſe rebantur, pro qua aqua ſacrificia offerre conſueverunt. Idem ſollemnius, & potiori jure factitabant patriis amnibus, & in eorum ſacrificiis utebantur verbis & precibus, & vina fundebant, ut ait Apollonius lib. 2. Hinc Alphaeum pro Deo coluerunt, quod etiam Cephiſo, & Acheloo contigiſſe conſtat. Trojani ſacrificia offerebant patrio Xanto Ilid. φ.

> Οὐδ' ὑμῖν ποταμός περ ἐΰῤῥοος ἀργυροδίνης
> Αρκέσει, ᾧ δὴ δηθὰ πολεῖς ἱερεύετε ταύρους,
> Ζωὺς δ' ἐν δίνῃσι καθίετε μώνυχας ἵππους
> *Neque vobis fluvius pulcrifluus, claris-verticibus*
> *Proderit, cui jam diu multos ſacrificatis tauros*
> *Vivos autem in vorticibus immittitis unungulos equos.*

Et Ilid. π. haec ait de Sperchio

> Υἱὸς σπερχειοῖο διϊπετέος ποταμοῖο
> Τὸν τέκε πηλῆος θυγάτηρ καλὴ πολυδώρη
> Σπερχειῷ ἀκάμαντι γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα.
> *Filius Sperchii ex Jove-fluentis fluvii*
> *Quem peperit Pelei filia pulcra Polidora*
> *Sperchio indefeſſo, mulier Deo concubans.*

Notiſſimus eſt Homeri locus Iliad. φ in quo Achilles Aſteropaeum jam animam efflantem allocutus diſcrimen longe notat inter potentiam Jovis & Fluviorum. Ad haec veteres diis fluvialibus caeſariem nutriebant. Homeri locus Iliad. ψ. 140. & ſequentibus imprimis illuſtris eſt; ubi Achilles comam quam Sperchio fluvio alebat, poſtquam reditus in patriam ſpem ſibi ademptam ſenſit, detonſam Patroclo defuncto dicavit. De Nili ſacrificiis nil dicam. Adiſis Lucam Voyag. tom. II. pag. 327. & Thevenot. Voyag. p. 1. cap. 22., 45. cet. imo longe miran-

randum etiam in illa tempeſtate, quo Chriſtiani Caeſares Aegypti fraena moderabantur tam barbara floruiſſe ſacrificia. De templo & cultu Clitumni in ſingulari libello egit Ridolphinus Venutus, quem Romae edidit an. 1753. Sed ut illius viri, qui Banerium aeternis adnotationibus honeſtavit, verbis utar: tom.1. pag.169. *In Graecia particolarmente, ed in Italia forſe non eravi Fiume, ſulle cui ſponde non ſi vedeſſero ſtatue, od altari eretti al Dio del Fiume, ove faceanſi regolarmente libazioni, e ſacrifizj. Un tal culto proveniva ſempre da qualche cauſa.* Gli Egizii, *dice Maſſimo di Tiro*, onoravano il Nilo a cagione dell'utilità, che recava. I Teſſali il Peneo a cagion di ſua vaghezza; i Sciti il Danubio per la vaſta eſtenſione delle ſue acque; Gli Etoli l'Acheloo, per eſſere ſtato a fronte d'Ercole; i Lacedemoni l'Eurota per una legge eſpreſſa, che loro l'imponeva. Li Ateniesi l'Iliſſo per uno ſtatuto di religione. *Di niſſuno Fiume ſi legge, che aveſſe oracolo, a riſerva del Fiume Clitunno nell'Umbria. Plinio il Giovine nella ſua piſtola* 8. a Romano *l'afferma. Egli rendeva le riſpoſte in un' antico tempio, ed aſſai riſpettato, ove vedevaſi la di lui ſtatua abbigliata alla Romana. Il tempio era appreſſo la ſua ſorgente, e vi ſi contavano molte cappelle, ch'erano ſacre ad altri ruſcelli, che ſe gli andavano ad unire. I fiumi infernali non pare, che fuſſero eretti in divinità, ſe pur n'eccettuviamo l'Acheronte, cui il Boccaccio appella Dio. Eſiodo dice che i Fiumi del Mondo ſono* 3000.*; ma non credo ch'egli l'abbia accuratamente numerati. A Merida, già Emerita, Città dell'Eſtremadura in Iſpagna, vedeſi ancora in oggi la ſtatua del Fiume Guadiano detto* Anas *da' Latini.* Et Gorius in Muſ. Etruſc. inter Deos Topicos, ſive Locales relati etiam a Thuſcis *Padus*, *Rhenus*, *Numicius*, *Umbro*, *Macra*, *Stella*, *Cecina*, *Cremera*, *Almo*, *Oſa*, *Far*, *Nar*, ceteraque inſigniora Italiae flumina, quae omnia ſi enumerare vellem manum e tabula nunquam *tollerem.* Hinc plurima ſubnectit de cultu Lacuum, Aquarumque medicatarum, ac tandem de *Arni* ſollemnibus ſacris, cet.. Poſita igitur Fluminum divinitate plurima quae obſcura videntur pateſient. Hinc in variis Trajani nummulis viſitur Danubius caput velo volitante cir-

cum-

cumdatum oſtendens. Id vero eſt ſuae divinitatis ſymbolum, quicquid contra reponat Caeſar Ripa in *Iconolog.* Id ab Petro Seguin. in *Select. numism.* confirmatur ex eo quod in Graecanico Sardorum nummo renidet Pluto caput habens eodem ornamento praecinctum. Idem meo quidem judicio magnopere dilucidat nummus ille: DIVA FAVSTINA PIA -- AETERNITAS: in quo haec Auguſta inter duas Deas conſidet: unaquaeque autem ad ſuae divinitatis ſymbolum caput volitante velo redimitum oſtendit. Et nunc in mentem venit Trajani nummus ille. DEVS RHENVS, in quo Fluvius apparet eodem velo redimitus. Adi ſis Begerum T. 2. pag. 647. atque Ebermajerium.

Quae hactenus de Fluminibus dicta ſunt intelligi debent quoque de Fontibus. Hinc III. Idus Octobris *Fontinalia* erant, de quibus ita Kalendarium: *F. Font. N. P.* In eo autem die & in Fontibus corollas jaciebant, & puteos coronabant: praeſertim vero Fontinalia ſacra & feriae illius Fontis erant, cujus delubrum fuit juxta Portam Capenam. Fontes aras paſſim habebant, quod inter alias oſtendit Epigraphe apud Fabbretum c. 6. pag. 430.

JOVI OPTIMO MAXIMO CAELESTINO
FONTIBVS ET MINERVAE

Hinc *aquae vivae* ſacrae ſunt habitae in luſtrationibus, & hac ſane de cauſa veteres aras & fana ſecus plena flumina ſtatuebant. Quid vero ſub *aquae vivae* nomine veniat, plane incertum eſt. Mazzochius ſpic. tom. II. pag. 100. communem ſectatus ſententiam haec illevit: *Aquae vivae dicebantur non aliae quam fontium fluminumque. Etiam ethnici in luſtrationibus ſuis non aquam quamlibet, ſed de fontibus fluminibusque hauſtam (quae ſunt aquae vivae) uſurpabant. Vide Virg.* II. Aen. 719. IV. 635. VI. 635. Verum Cl. Paullus M. Paciaudius in Differt. in qua *Puteum ſacrum* Agri Bononienſis juſſu Benedicti XIV. P. M. commentario illuſtravit, late oſtendit *aquarum vivarum* nomine non ſolum fluviales, fontanas, aut marinas intelligi, ſed etiam aquas Puteorum. Ipſum reviſas.

XIII. His ſummatim licet nullo ordine & per ſaturam delibatis. Ecquis iverit inficias Neapolitanos quo-

que tot populorum auctoritate, exemplo, & aemulatione compulſos aliquem ſacrum honorem patrio Sebetho perſolviſſe. Plurimis beneficiis Sebetho obſtringebantur Neapolitani. Sebethus quippe antiquo aevo, ut infra validis conjecturis oſtendetur, mediam urbem interfluebat, roſcidas ac illimes aquas ad publicum uſum effundebat, ejusque undae ducebantur per Hortos, ſuburbana vireta, & pomeria. Ne multis. Unius Sebethi aquis utebantur Neapolitani. Aquae vero Sirinenſes ingenti illo aquarumducto ad Bajas potius, & Puteolos inducebantur, quam ad Neapolim. Deinde conſtat hunc Aquaeductum ſub Claudio extructum eſſe: unde neceſſario ante Claudium ſolius Sebethi aquae univerſam Neapolim inrigabant. Cum tot beneficiis Sebetho obſtricti eſſent Neapolitani, quid ergo mirandum, ſi ei aliquem cultum tribuiſſe dicantur? Uſus colendi flumina invaleſcebat: ſuperſtitioſiſſimos fuiſſe Neapolitanos patet vel ex uno Philoſtrato fab. V. & ſeq. & ut Michaëlis De Jorio, juvenis ſupra aetatem ſuam & ſupra opinionem omnium eruditiſſimi, verbis utar: *Napoli* (Diſcorſo ſopra la ſtoria di Nap. ec. pag. 364.) *e'l Regno, che avevano adottato ſin dal principio le coſtumanze, e la Religione de i primi, non andavano eſenti dalle loro licenzioſe Feſte, da i divertimenti, e da i giuochi, ch'erano tanto più sfrenati, quanto più ſi cuoprivano col manto della Religione. Quanti erano i Tempj, che aveano innalzato alle Divinità più empie della Grecia! Quante furono le Feſte, quant' i giuochi, che ſi celebravano in onor di quelle! Favole nemmeno ridicole che infami componevano il fondo della Religione, e ſi aveva cura di farle apprendere da i fanciulli Napoletani ſin dalla loro infanzia* ec. ec. Eccurnam, quaeſo, tot inter numina ſolum beneficentiſſimum, patrium, cariſſimumque Sebethum quadam aedicula, vel arula, vel icuncula venerari minime potuerunt? Debuerunt certe, & id jam praeſtaſſe ſatis ſuperque evincunt ſuper allata monimenta. Colligere ergo liceat cum Antonio Sanfelicio Juniori Adnot. 173. *divinum quidpiam ineſſe Sebetho Neapolitanos Ethnicos credidiſſe nil dubito*. Calumnioſa igitur eſt, ut mitiſſime dicam, & Neapolitano Sebetho perquam injuria propoſitio illa Martorelliana, h.e. *Sebe-*

be-

bethum meruiſſe neque Aediculas, nec Aras.

Antequam huic capiti finem faciam animadverto. Quamobrem Sebethi nomen tranſactis potiſſimum ſaeculis longe lateque floruit? Quamobrem nunc etiam in omnium ore verſatur, & apud exteras nationes? Nulla ſane alia ratio proferri poteſt, quam antiquiſſima Traditio, quae ſemper non interciſa temporum ſerie, docuit Sebethum Neapolitanum omni aevo inſigni nominis gloria fluitaſſe. Boccaccius certe communi traditione tenebat Sebethum, & magnum, & famoſiſſimum eſſe fluvium: deinde Neapoli Sebethum inviſens, & diviſione, & tot ſaeculorum fluxu longe decretum ſtupidus exclamavit: *minuit ſua praeſentia famam*. Atque etiam vulgo ſalutatur.

Ricco di fama ſei, povero d'onde

Sic & Bernardus Taſſo Ep. 100. *Nel principio del quale* (piano) *Sebeto più povero d'acque, che di fama a lento paſſo camminando, con l'onde chiare il ſuo picciolo tributo al mare porta*. Et Sanfelicius de ſitu Camp. *Suburbium quod ſecundum litus eſt Sebethus alluit fluviolus ne lintrium quidem patiens, non tamen inglorius*. Et Giannettaſius Veris Hercul. cap. 11. *Dum autem regifico aedificatum luxu Sebethi fontem percurrimus ita me ille* (Balbus) *interpellat: quam apte de hoc fluvio ſcripſiſti* Nautic. VII.

. . . . Et ipſe
Pauper aqua, at multo dives Sebethus honore.

Quo nimirum Neapolitani vates, ipſeque vel in primis, donaſti. Miror ſane tam perexiguo rivo, qui uno aut altero ſaltu vadari potuiſſet, ampliſſimum hunc pontem, quem nec ſuperbus ipſe Tybris dedignaretur, imo & Rhenus etiam pati poſſet, impoſitum. Cui tum ego. At praeclariſſimae urbi debebatur. Quid enim exterae gentes, quae quotidie huc confluunt, dixiſſent ſi in conſpectu hujus urbis, qua majorem poſt Romam Italia non vidit, ut illius digna imperio cenſeri poſſit, in humilem pontem, ac ſublicium incidiſſent. Praeterea ſi non fluvio, at certe celeberrimo illius nomine dignus erat. Quocirca mirari jam deſine, Balbe, ſi magnificus iſthic additus Sebetho pons ſit. Hinc Balbus: occluſiſti os, non oppedo. Verum age, di-

Digitized by Google

dicendus ne fluvius, an potius rivulus? memini enim apud Scriptorem quendam legiſſe, innominatam hanc eſſe aquam, atque inter paludes juxta Veſuvium hauriri. Cui ego: At Scriptor ille quem innuis, nec me fugit, Pöetarum Principem non noverat, qui ſub Sebethidis Nymphae nomine belle de noſtro amne luſit . . . neque etiam Colomellam legerat cet. *Extat etiam perantiquus lapis ex vetuſtorum maenium ruinis erutus hoc cum epigraphe*, cet. *Non igitur innominatus noſter hic Sebethus, quando ab antiquis uti nomen, non ſecus, ac caeteri amnes habitus cultusque eſt*, cet.

Quid plura? Ipſemet Sebethi adverſarius Martorellius opus ſuum *De Reg. Thec. Calam.* Sebethi effigie ornare voluit, appoſuitque carmen illud.

Σηβήτοιο ῥοῇσι φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς

Quae niſi ironicῶs fecerit, palinodiam ceciniſſe videtur: nullam enim ei lucem attulit, imo aeternas tenebras offudit. Sed procul amoto joco, & his, quae nullius ſane momenti ſunt, poſthabitis ad alia tranſiliamus.

CAPUT QUINTUM.

DE SEBETHI ORIGINE.

I. JAm vero ut noſtri Fluvii antiqua magnitudo dignoſcatur, e re fore exiſtimo paucula hic de Sebethicarum aquarum origine, veluti in antecaenium illinere. Trita opinio eſt, & ruſticorum praeſertim hominum conſenſu communiſſima Sebethi fontes in Veſuvii caveis, quae ſeptemtriones ſpectant, latitare. Inter alios agmen agit Joh. Villani *Chronic. cap.* 17. quem ſecuti ſunt Sanfelicius adnot. 171. Celanus (*Giornata V.*), & Summontius, qui lib. 1. cap. IX. haec tradidit: *L'acqua, che ora viene in Napoli per pubblica commodità ſcaturiſce ſei miglia lungi dalle radici del monte di Somma in un luogo detto* Cancellaro *nella maſſaria detta le* Fontanelle, *dalla parte auſtrale, lungi dal mare circa miglie*

glie cinque, ove ſi vede un' Antro, che a goccie, a goccie pullula quantità d' acqua, d' onde per coverti meati va creſcendo, riducendoſi un miglio diſcoſto, in un luogo volgarmente chiamata la Bolla . . . . Dove queſt' acqua abbia origine non è noto, perciocchè un ſol miglio più su della Bolla, com' è detto ha il ſuo principio: più oltre non ſi è fatta mai diligenza: i paeſani ſon d' opinione c' abbia origine appreſſo S. Maria del pozzo, Chieſa de' Franceſcani vicino il monte di Somma, avanti la quale v' è un grande, ed antico Pozzo d' acqua ſorgente, dentro il ſuo fondo v' è una grandiſſima pietra, che di ſotto dicono ſentirſi un mormorio d' acqua, come d' un rapidiſſimo fiume, che corra, e vogliono, che da queſto luogo per vene ſotterranee ſcaturiſca nel luogo ſopradetto nelle radici della Montagna: aggiungono dippiù, che nella concavità, che ſi ſcorge nel mezzo di detta montagna, dove un tempo eſalò l' incendio, alcuni de' medeſimi Paeſani, ne' tempi ſereni vi ſono diſceſi ſino ad un certo luogo, ed han veduto acqua abbondantiſſima con velocità correre in quella profondità. Conferma anche queſto il vedere, che in molti luoghi intorno la montagna vi ſono diverſe ſurgenze, ec. Hactenus dicta, quamvis quid aliud in mente habuerit, prae ceteris, ut ſuus eſt mos, confirmat Cl. P. Jo: Maria de Turre, Phyſicorum noſtrae aetatis facile Princeps, & Congregationis Somaſchae gloria & decus, quocum tamen aeterna mihi erit expoſtulatio. An vero magna ſit meae querimoniae aequitas videant ceteri. Phyſicus is, quem ante alios ſemper amavi, in Veſuvii Hiſt. pag. 13. & ſeq. de aquis agit, quae in Veſuvianis ſcatebris excipiuntur, ac tandem qua data oſtiola in rivulos digeruntur, & plurima connotat ad id generis aquas quammaxime ſpectantia, quaeſtionem agitat de Draconis fl. exiſtentia, cet. De Sebetho autem, quem etiam ex Veſuvianis fontibus complures repetunt, nil commemoravit: hinc non uni, laudatum Phyſiologum in Ambroſii Leonis, quam inferne producam, pedibus iviſſe ſententiam jure contendunt. Quicquid autem opinatus fuerit, certe Sebethum non memoravit, cum memorandi opportunitas erat. Interim velit nolit communem de Veſuviana Sebethi origine in hunc modum ſuadet ibid.: *Il piano del Vallone, che*

cinge

tinge per metà il Veſuvio, ſiccome è tutto arenoſa, così agevolmente imbeve, e tramanda preſtamente l'acqua piovana; che perciò queſta rare volte, ancora dopo piogge dirotte in eſſo ſi vede, diſtinguendoſi ſolamente dal piano molle e cedente, che in queſti caſi ſi trova. L'acqua delle piogge in eſſo raccolta può forſe ſomminiſtrare l'alimento ad alcuni piccioli ruſcelli, che ſi oſſervano in alcuni luoghi delle falde del Veſuvio, e di Somma: Uno di queſti, ch'era poco più in ſotto dell'atrio verſo il Boſco d'Ottajano, è ſtato occupato dall'ultima lava. Chi sa, che queſt'acqua ancora non ſia quella, che forma i pozzi, i quali ſi vedono in moltiſſimi luoghi cavati nel tratto di Territorj tra il mare, e 'l Veſuvio, cominciando più in là di S. Giovanni a Teduccio, e andando più oltre di Torre del Greco. Secondo molto oſſervazioni da me fatte, quando ſcavano i pozzi, l'acqua ſorgente ſempre viene dalla parte della montagna, e aſciutta è la terra verſo i lati del pozzo, che riguardano il mare. Quanto più ſi fanno i pozzi vicino alla montagna, tanto più profondamente ſi deve cavare per trovare l'acqua, e ciò ſino alla profondità di 200, e più palmi Napoletani: ma dalla parte del mare dopo 20 e 14 palmi ſi trova l'acqua. Anzi il lido del mare cavando l'arena uno, o due palmi, ſi vede l'acqua correre trall'arena verſo il mare.... E acciocchè convalidiamo queſte congetture giova riferire il computo, che ſi può fare della quantità d'acqua piovana, la quale ogni anno viene raccolta in queſto vallone, e dal piano interno del Veſuvio. Il giro tutto della cima del Veſuvio, da me più volte miſurato e di piedi Parigini 5624; onde ſuppoſtolo a un di preſſo circolare, e poſta la ragione del diametro del cerchio alla circonferenza, ſecondo Archimede, come 22, a 7 il diametro dell'orlo ſarà di piedi di Parigini $1789\frac{1}{2}$ la ſua quarta parte $447\frac{1}{4}\frac{1}{8}$ multiplicata per la Periferia 5622 darà l'eſtenzione quadrata del piano interiore del Veſuvio di piedi quadrati 2515037. La lunghezza del Vallone è di piedi Parigini 18428, la ſua larghezza è di piedi 2220, onde ſupponendolo un rettangolo; perchè quando ſi aggiunge di più per la converſità di un lato da una parte del Veſuvio, altrettanto ſi perde in tanta eſtenſione per la concavità dell'altro lato dalla parte di

Som-

Somma, o d'Ottajano, ſarà l'eſtenſione di detto Vallone piedi quadrati 40910160. Sommata queſta eſtenſione con quella del piano interiore del Veſuvio, danno una pianura di piedi quadrati 43426197. Ma in Napoli piove un' anno per l'altro tant' acqua, che arriva all'altezza di 2 piedi e mezzi Parigini, ſecondo l'oſſervazioni fatte per dieci anni continovi dal Signor Nicola Cirillo; moltiplicando adunque l'ultimo numero per $2\frac{1}{2}$*, pioverà su queſte due pianure del Veſuvio, e del Vallone, un' anno per l'altro 108565492*$\frac{1}{2}$ *piedi cubici d'acqua. Ora una tale quantità è capace di alimentare commodamente detratti gli altri dipendj dell'acqua, un fiumicello largo 7 piedi Parigini, profondo 9, e che faccia 600 piedi di cammino ogni ora; locchè pare ſufficientiſſimo a ſomminiſtrare l'acqua di tutti i pozzi nel già mentovato tratto di paeſe. Imperocchè moltiplicando 7 per 9, e il prodotto 63, per 600 avremo 37800 piedi cubici d'acqua, che ſcorreranno in un'ora nel detto. Onde in 24 ore ſaranno piedi ſolidi 907200, e in 365 giorni, o in anno ſcorreranno nell'alveo di detto fiume piedi cubici d'acqua 33105500, che fanno meno della terza parte di tutte l'acque, che cadono dal cielo nel Vallone, e nel Veſuvio in un'anno. Onde giacchè dell'acque, che quivi piovono poco o nulla ſi perde per la qualità del terreno arſiccio, e che imbeve, li reſtanti piedi cubici 75459992 potranno impiegarſi nel continuo ſenſibile evaporamento, che ſi fa nel Veſuvio, per conſolidare quei macigni, e terra arſiccia, di cui è compoſto, e per accreſcere nuova materia, e fomento alla continova efferveſcenza, che ſi trova nelle interiori ſue grotte. Non ho qui computato il rimanente del piano dell'atrio fuori del Vallone, che ancora è conſiderabile, e dovrebbe computarſi.* Hujus autem plani aquam ſi ad calculum revocaſſet vir doctiſs. ac ſuperiori computationi adjunxiſſet, certe Veſuvianae vallis aquam mire exuberare reſciviſſet; atque ex ea Sebethum quoque ſin componi, ſaltem augeri docuiſſet. Quamvis autem hoc computandi genus, ut quidem animadvertit F. J. A. Ferrarius De Modoetia Phyſic. tom. 3. pag. 185. edit. Venet., levibus potius conjecturis, quam ſolidis ratiocinationibus innitatur, tamen veroſimilem rerum calculum ſemper exponit, & ſuadet.

II. Adverſantiſſimam opinionem tutatus eſt Ambroſius Leo de A. N. lib. 1. c. 1. quemque cum pluribus aliis hunc in modum ratiocinantem audire praeſtat: *Sunt qui arbitrantur eos latices, Sebethumve non a Veſuvii concava, ſed de paludibus, quae ſub Abella congeruntur, exortos eſſe. Palus enim etſi ſtagnat ſemper tamen natura aditus quaeribunda eſt: quamobrem per ſubterraneas inanitates ſecus Veſuvii radices creditur penetraſſe, quouſque illis detecta ac in rivos coacta eſt. Non enim Sebethus tantus eſſe poſſet, nec adeo perennis, ni a fecunda palude veluti ab ubere pleno proflueret nutritus. Eadem ratione cenſent paludes Neapolitanas a palude Abellana, Sueſſulanave genitas eſſe ac alitas. Haec enim mare indagans per profundiora loca, quam quibus Sebethi latices ſcatent deſcendit.... prorumpitque in agrum Neapolitanum.... demum cum rivulo detecto, qui dictus eſt, confluens in mare eodem alveo devolvitur*. Licet autem haec unius vel alterius Scriptoris opinio labilis videatur, tamen & non una, queis nititur, fundamenta praeſefert. Si enim univerſae, quae in Nolae, Abellae, Sueſſulae, & Acerrarum paludibus ſtagnant aquae conſiderentur, quae hiemali praeſertim tempore in immenſum fluctuant (ut ii quidem experiuntur, qui ex Acerris iter ſuſcipientes Nolam petunt, quique ex Nola in Abellam, vel qui ex Abella in *Cancellum* profectionem inſtituunt) vias inundant, & per Camporum latam planiciem excurrentes vel in ſtagna & lacus ſe infundunt, vel in rivulos, & torrentes dividuntur, ſi conſiderentur, inquam, omnes in unum Clanium exprimi non poſſe cognoſcimus, ſed earum partem in Neapolitanum agrum quoque pendere, ac tandem detecto fluvio, qui Sebethus eſt, in mare ſe devolvere facile concedimus. Hinc idem Leo ibid. lib. 1. *Abella vero non modo Clanium parit; ſed etiam pleroſque magnos alios fontes prope Clanium, eoſque non adeo ſuperiores, ut de alto colle ac vallibus caderent. Nam ſub radicibus ſcatent, quibus plurimum perpetuum paludes, quae ſunt augeſcunt*. Ambroſii, quam huc uſque illuſtravimus, ſententiam magnopere firmat modus quo paludarum aquae per campos ſubterraneae liquuntur, tranſiliunt, diſparent. Ipſum Ambroſium iterum atque iterum audia-

diamus ibid. *Colles autem Gecalae, & Veſciani qui placide ab oriente exſurgunt, nihil horum malorum pariunt mortalibus. Verumtamen non uſque quaque nota carent. Plures enim convalles a tergo, quaſque ad Hyrpinos vergunt, faciunt: quae pluvias niveſque omnes congregant, atque in imum paullatim exorbent: illa vero loca, quod arenoſa, pumicoſaque ſunt non cretacea, cum in imis collium ſedibus aquam collectam ſuſtinere nequeunt, proinde quae pluviae per totam hiemem in eis vallibus ingurgitantur, eaedem per campos Nolanos circiter XV. cubitos ſubterraneae ac verſus occaſum ad paludes uſque penetrant; idque Februario, Martio, atque Aprili. Unde putei omnes urbis ac meridionalis praeſertim regionis altiores tum aquas continent, atque dulciores, quod Nolani ſentientes, ajunt,* Aquas filare; *quaſi ut equum equus: ita filias aquas aqua pareret; interdum vero cum pluviae majores crebrioreſque ſunt, aqua campos ſuperat, praeſertim eos qui depreſſiores habent ſedes, atque fluenta plurima paullatim diriguntur verſus occaſum item & paludes, cet.*

Sed quamvis haec omnia ingenioſe excogitata ſint, & maxima cum probabilitate dicantur, veroſimilius eſt tamen non unicam eſſe Sebethi originem, ſed plurimos fontes ad ejus productionem aeque concurrere; itaut partim ab aquoſis Veſuvii caveis, partim ab Abellana palude, partim ab agro Nolano, & partim denique ab humidiſſimis Sueſſulae campis exoriatur. Si enim ſingulas Sebethi origines, quae hactenus numeratae ſunt, accurate intueamur, manifeſtum erit illarum ſingulas admitti poſſe, cum omnes ad Agrum Neapolitanum exonerari queant: nulla tamen fortaſſe definiri poterit, quae, aliis neſcio quanam ratione excluſis, ſola Sebethi origo, atque unica mater dicenda ſit.

III. Inquiet hic aliquis, cum tot, tamque uberes ſint Sebethi fontes, ut magnum quidem Flumen parere poſſint, eccur Sebethus tam brevi aquarum copia effluit? Dico, id maxime evenire ob luteam paludarum, viſcoſamque maſſam, & latitudinem, quae incluſas aquas vel imbibunt, vel diſpergunt, vel eis liberrimum negant aditum, quaeque ſi quibusdam in locis aperirentur incredibilem aquarum vim certe ſufficerent. Id jam patens

tens experimentum evicit apud Capacium lib.2. pag.435. *Quidam civitati olim propoſuit, ſi experiri vellent, ſe facile inventurum ejus aquae caput, & a ſubterraneis Veſuvii caveis procul dubio emanare dictitabat. Periculum facere Magiſtratus decrevit, atque ad mille paſſuum ſupra Labullam fodiendum juſſerunt. Aquae ſemper copiam augeri animadvertebant, atque itaut a re propoſita diſcedere noluiſſent, ni aliter ab opere omnino eſſe diſcedendum perſuaſiſſet, idque ob duas cauſſas, primo ne dum foderent aquarum voraginem reperirent, & operae, & qui iis praeerant ſubmergerentur; deinde ne hoſtibus, ſi quando obſidio, pateretur occaſio fontes aquae intercidendi, & ad mare, vel alio avertendi.* His raptim expoſitis mihi diſcutiendum ſupereſt, an Sebethus antiquiſſima aevitate pleniori alveo fluitaverit, & quamobrem ſenſim ſine ſenſu minimum in rivum decreverit.

CAPUT SEXTUM.

DE SEBETHI PRISCA MAGNITUDINE.

I. NEque credendum eſt Martorellio (philologo quidem ſummo, & quantum hebraice, quantum graece, quantum latine extat, in numerato habenti) ubi gratis aſſerit Neapolitanum Sebethum antiquo aevo fuiſſe aquarum pauperrimum *rivulum*, *νᾶμα*, non *ποταμον*, *fonticulum*, *ποταμισχον*, *rorem* cet. Et ne longa verborum circuitione te obtundam, ſtatim relatae cauſſae jugulum peto. Univerſae ferme Neapolitanarum rerum Hiſtoriae tradunt per interiora noſtrae principis urbis moenia quoddam Flumen, etiam navium capaciſſimum, olim praeterfluxiſſe, & quod an. 789. alibi detorſerunt Neapolitani referente Joh. Villano. De hoc fluvio mentio fit in Officio S. Gaudioſi Epiſc. Salernitani: *Draco quidam, & horrendus a radice montis ſurgebat Neapoli, qui ſuo morſu damnifico omnia animalia conſumebat, & anhelitu infectivo omnes homines morbo languebat, interdum autem inſidiabatur ſub aquis ex quibus* FLUVIUS RAPIDISSIMUS *ma-*

manabat, cumque cet. Quem Draconem an S. Gaudioſus Bytinenſis fugaverit, an alius, quem Salerni Epiſcopum ſalutavi, anceps quaeſtio eſt. Dubitationis cauſſam attulit jam Baronius Martyrolog. 26. Octobr. *Conſtat quidem de his duobus Gaudioſis Acta eſſe confuſa, dum quod eſt alterius, tribuitur alteri; & aliquando ex duobus efficitur unus, ut in Actis alterius, quae extant Neapoli, legimus.* Tu vero, ſi me audis, Bytinenſem Pontificem ex noſtro flumine perſonatum Draconem fugaſſe dices: etenim in antiquiſſimis pergamenae membranulis legit Tutinus: *Sanctus Gaudioſus Septimus Cælius fugavit Daemonem:* Cognomentum autem *Septimus Coelius* eſt Bytinenſis Eccleſiae Pontificis. Verum patrati miraculi quiſquis auctor extiterit, quod ut advertatur volo, ſane eſt, ex noſtris Scriptoribus neminem id miraculum ad fabulas amandaſſe, & noſtri fluminis undas tartareis ſpeciebus olim infames, mirabili tandem Dei potentia repurgatas illuſtriores refluxiſſe. Hinc infrunite calumniantur ii, qui Excell. Raymundum de Sangro hactenus dicta ſtrenue renegare blaterant. Vehementer doleo innocentiſſima tanti viri ſenſa ad inania ſaepius extorqueri figmenta, quaeque ipſemet neutiquam ſomniavit. Is itaque Patricius, cujus vere logicum dicendi genus efflictim amo, Adnot. pag. 81. (*Lett. Apologetica ec.*) adverſus ſordidiſſimum Judaeorum Impoſtorem defenſat fabulam eſſe olim Daemonem ſub furentis apri forma in loco, ubi nunc adcubat *Eccleſia Majoris* Baſilica, univerſam Neapolim infeſtaſſe; quicquid contra legatur penes Engenium haud magnae notae Scriptorem: hinc profligatam fabulam ex eo proveniſſe adnectit, quod: *Nella noſtra Napoli antichiſſima Città Greca, ſiccome in altre antiche Città pure, e particolarmente in Nola ſi è per lunghiſſimo tempo mantenuto il coſtume, dalla Gentilità tramandatoci, della celebrazione del giuoco della Porchetta, nel quale i Giovani della baſſa plebe eran ſoliti d' eſercitarſi nel tempo della Primavera: e quinci forſe è, che alla ſua divota maniera penſando cadde nel grave errore* (Engenius) *di credere la ſuddetta Porchetta di Bronzo fatta in memoria delle apparizioni di qualche Diavolo ſotto la figura di porco, e non piuttoſto ſiccome dovea, o nell' occaſione, o*

in

in memoria del ſuddetto giuoco della Porchetta. De hiſce ludis ſcriptitarunt Ambroſius Leo ibid. lib. 3. cap. 12. Jovian. Pontanus *De Char.* P. Remondinius & P. Sebaſtianus Paoli. *E a dir vero*, proſequitur vir doctiſſimus, *concedutogli per veriſſimo (ancorchè ſia falſiſſimo) il ſuddetto ſuo racconto, quale ſtravaganza dee parere a chi sa ben giudicar delle coſe, che i Napoletani ſi foſſero sbigottiti delle imaginate frequenti apparizioni del Diavolo ſotto la figura d'un porco verſo l'anno* 514, *vale a dire in un tempo, nel quale tutta la Germania, tutta la Francia, tutta la Spagna, e tutta la reſtante Italia era ſpaventatiſſima di continuo per l'apparizione di tanti ſpettri, di tante larve, e di tanti Diavoli ec.* Ex his autem minime deducitur laudatum Patricium relatam de Diaboli ſub Draconis ſpecie apparitionem ad Neapolitani fluminis oram fabuloſam exiſtimaſſe, cum praeſertim hac de re nil memoraverit. In eo potius caſtigandus eſt vir, cetera maximus, quod ad extremum vergere videatur, quaſi omnes Daemonum apparitiones phantaſiae jocos eſſe ratus ſit, quod autem aperte ex ejus verbis non eruitur. Igitur nitidius hac in re ſe explicare debuit: ſed pudet me tandem cum viro humanis ſacratioribuſque diſciplinis ad miraculum inſtructo, quique vere Catholicam ſuae doctrinae apologiam egit apud Benedictum XIV. ulterius contendere. Extitiſſe tamen non unas ſub animali ſpecie Diabolorum apparitiones notum eſt iis, qui Eccleſiaſticam Hiſtoriam, Chartuſianorum Inſtitutiones, atque Bollandiana Sanctorum acta vel elimine ſalutarunt. Conſulas inter alios Le Brun. Sed de miraculi veritate, quicquid de ea ſit, hactenus. Nunc ad Fluvium in quo id conflatum dicitur, redeamus.

II. Antonius Summontius Flumen illud (quod navium capax fuiſſe ex Majorum traditione didicit Jo: Villanius) ex Aquaeducto a Belliſario ſciſſo emanaſſe conjecit: quae opinio falſa eſt: enimvero Aquaeductus Sirinenſis licet *ampliſſimus* dicatur a Pontano, tantae tamen capacitatis non fuit, ut illud tam grande Flumen componere potuerit. Confirmat hoc Procopius de Bell. Gothic. qui inter alios Aquaeductus illius anguſtiam graphice deſcripſit cap. 9. *Jamque Belliſarius copiis, ut con-*

convolarent, edixerat, inde mox diſceſſurus; cum illi curis graviſſimis fluctuanti, feliciter hoc evenerit. Iſauricum quendam cupido caepit inſpiciendae ſtructurae Aquaeductus, a quo is modo civibus aquae uſum praeberet. Ingreſſus procul ab urbe ubi illum Belliſarius ruperat; expeditiſſime progreſſit, cum propter labem, nihil Aquae ineſſet. Proxime moenia ſaxum ingens offendit: ibi ipſa loci natura, non hominum manibus poſitum, cui aquae jactum continuarent veteres ejus Structores, ſic perforato, ut tranſitum ſatis laxum daret aquis, negaret viro. Itaque non aequalem ubique habebat latitudinem Aquaeductus, ſed in eo ſaxo occurrebant anguſtiae viro praeſertim loricato. Praeterea ecquis credat Neapolitanos ſciſſuram Aquaeductus per trium fere ſaeculorum ſpatium incuratam neglexiſſe, nempe a Belliſario, usque ad tempus in quo Neapolitani immenſum illum fluvium ex antiquo in novum alveum detorſerunt? Poſtremo Tutinus & alii, uti vidimus, non ſine ratione miraculum de Dracone, quisquis ille fuerit, e flumine fugato tribuunt S. Gaudioſo Bytinenſi, qui vero obiit juxta Capacium & Ughellium an. 453. juxta Baronium an. 440. juxta Ruinart an. 439.: ergo ante Belliſarium, qui Aquaeductum diſcidit an. 537. jam extabat Flumen id *Rapidiſſimum*.

III. Alii, quos inter eminent Celanus, & Troyli, fortunatiori auſu exiſtimarunt πολυτριλλητον illud flumen fuiſſe Sebethum, quem antiquiſſimo aevo perenni & uberrima aquarum ſcaturigine vel propter moenia, vel per ipſam Civitatem curſitaſſe ſuſpicati ſunt. Hanc quidem opinionem, quam tuetur etiam Recentiſſimus Celani Emendator, quaeque mihi cariſſima eſt, extentis ulnis excipio. In eo tamen reprehendendi ſunt primi laudati II. viri, quod idem flumen, ſeu Sebethum poene extinctum eſſe effutiunt, & mille arenarum acervis obvolutum in illa marina alluvione, quae accidit an. 1343. referente Petrarcha. Hujus humati fluvii veſtigia adhucdum extare blaterant in S. Petri Martyris puteo: hinc jactant flumen, quod hodiedum ex Bulla per Magdalenae pontem in vicinum Cratera ſe infundit, non eſſe antiquum Sebethum. Quocirca imprudenter nimis in errorem labi nil veriti ſunt. Verum haec ad fabulas amandantur in extremo cap. Unum hic ad Sebethi magni-

gnitudinem firmandam adiicio: nempe omnes olim Labullarum Aquae, paludarum ſtagnis & ſurgentiis, & rivulis illis, qui nunc in S. Petri Martyris vicinia confluunt, auctae unum, idem, magnumque fluvium componebant, quem Sebethi nomine ſalutarunt univerſi.

IV. Dixi, *omnes Labullarum aquae:* nam Sebethum vetuſtiſſimum eſſe jam conſtat: Labullarum autem ſtructura parilem antiquitatem habere nequit, & ut paucis expediam, ipſis aquis antiquior eſſe nequit: enimvero aquae illae non artificiali opere, ſed naturali emanatione in Agrum Neapolitanum erumpunt. Harum aquarum portionem, ſtructis Aquaeductu & Labullis, in vicinam urbem derivarunt Neapolitani. Ergo ante Labullarum & Aquaeductus ſtructuram omnes antedictae aquae, nil diviſae, ſed ſimul conjunctae vel per paludes, vel ut diximus, per urbem ipſam excurrebant. Idem conjicit praeter alios Summontius lib. 1. cap. X. *Può eſſere, che in quei tempi di Virgilio, di Stazio* cet. *queſto fiume foſſe formato di tutta l' acqua della Bolla, eziandio con quella parte, c' ora viene per gli Aquedotti dentro la Città, e con altre ancora, che ſorgono nelle medeſime paludi, percioccbè unite inſieme potevano formare un gran Fiume.*

Ex his colligere licet omnes aquas, quae in Labullis excipiuntur, Sebethi filias eſſe, & de Sebethi nomine dicendas, quaeque tamen in Labullari euripo in objectum angulare marmor infringentes, licet hinc & illinc ita dividuntur, ut aliae per paludes labantur, & in ſubjectum ſinum ſe exonerent, aliae recta per Doliolum promanantes univerſam urbem pervadant, tamen, inquam, omnes id genus aquae unam eandemque cum Sebetho nomenclaturam habent. Hinc Sannanzarius Arcad. proſ. 12. ubi certe de Sebethi aqua loquitur haec habet: *Non aveva ancora io fornito il mio dire, quando da quella meſta ſchierà due Ninfe ſi moſſono, e con lagrimoſi volti ver me venendo mi poſero in mezzo tra loro. Delle quali una, alquanto che l' altra col viſo levato, prendendomi per mano mi menò verſo la uſcita, ove quella picciola acqua in due parti ſi divide, l' una effondendoſi per le campagne, l' altra per occulta via andandone a commodi, ed ornamenti della città.* Hinc Nympham,

ſeu

ſeu aquam, ſeu fontanulam in Aedibus Amaſiae ſuae effluentem vocat Sebethi progeniem: *E quivi fermataſi mi moſtrò il cammino ſignificandomi in mio arbitrio eſſere omai lo uſcire. Poi, per manifeſtarmi, chi eſſe fuſſero, diſſe. Queſta (la quale ora da nubiloſa caligine oppreſſa, par che non riconoſchi) e la bella Ninfa che bagna l'amato nido della tua ſingolar Fenice: il cui liquore tante volte infino al colmo delle tue lagrime fu aumentato; ma che ora ti parlo, troverai ben toſto ſotto le pendici del monte, ove ella ſi poſe. Il dire di queſte parole, e'l convertirſi in acqua ed avviarſi per la coverta via, fu una medeſima coſa* . . . . ac tandem concludit: *mi conduſſi alla diſegnata fontana, la quale sì toſto come mi ſentì venire, cominciò forte a bollire, ed a gorgogliare più che il ſolito: quaſi dir mi voleſſe, io ſon colei, che tu poco innanzi vedeſti:* & in extremo epigrammate v. 7.

Neve nega optatos, virgo Sebethias, amnes,
Abſentique tuas det mihi ſomnus aquas

non ipſum Sebethum innuere voluit, ſed potius Fontanulam quandam domeſticam, ex qua libare ſolebat, Sebethi filiam, ſeu Sebethi aquas ex communi ſubterraneo ductu recipientem, & profundentem. Quod Labullarum Aquae non modo per caſtella, ſed in omnes Nobilium Caſas per plumbeas fiſtulas ſufficiantur non eſt cur hic immoremur oſtendere. Reviſas Ubertum Foglietta, & Donatum Franchum. Quod vero haſce ductiles aquas Nymphas vocitaverit Sannazarius elucet ex Eleg. 1. lib. 1, ubi hiſtoricus cecinit Alphonſo I. per Lubullarum Aquaeductum Nymphas, ſeu aquas comites ſe praebuiſſe

Obſeſſamque intrat Nymphis comitantibus urbem
Qua per operta vagus labitur antra liquor.

E contrario nullibi Sebethum appellat ſub Nomine Nymphae, imo & Nympharum parentem ubique illaudavit. Nec te detineat vox *amnis*, quam pro qualicumque aquarum mole, etiam minima uſurpatam eſſe nemo inficiaturus eſt. Juvat hic advertere non ſemper aquas, quae per ſubterraneum ductum influunt ſub nympharum nomine deſignatas eſſe: conſtat enim ex variis Trajani nummis aquam (ſive fuerit *Martia*, ut contendunt An-

gel. Mediobarb. in Trajan. & P. Pedruſius tom. 6. ſive illa quae vulgo audiebat *Anio novus*, ut maluit Beger Theſaur. Brandeburg. ſive alia, quam ad thermas corrivaverat Trajanus, ut ex Nardino colligit P. Petrus Piovene tom. X.) quae per Aquaeductum Romam ſubibat fuiſſe notatam ſub virili forma, cum hac adjecta epigraphe AQVA TRAJANA. Conſtat igitur aquam ſubter Neapolim illabentem Sebethi portionem eſſe, & quod ita ſemper crediderint Neapolitani confirmat epigraphe prope Caſtrum Capuanum in veteri fonte ſcalpta:

Siſte viator aquas fontis venerare Philippo
Sebethus regi quas rigat amne parens.

V. Ex his ſaltuatim praejactis infero Cl. Braudandum in Lexic. Geographic. verbo *Sebethus* recte illeviſſe: *vicatim per Neapolim delabitur civibus uſum praeſtans: ſed ejus pars prope muros urbis labitur, & paullo infra pontem Magdalenae in ſinum Neapolit. ſe exonerat: unde etiam dicitur* il Fiume della Maddalena, *ut mihi narrarunt dum partes illas illuſtrarem:* Qui Geographorum accuratiſſimus (ſi exoticum Scriptorem contra noſtrates tutari licet) immerito vexatur ab Ant. Sanfelicio Juniori Adnot. 173. qui hunc in modum deliravit: *quid autem dicemus de Braudan*, qui L. G. *verbo Sebethus ait:* Vicatim cet. *id, quam falſum ſit norunt omnes. Nam omnes Neaplitanorum labentes aquae in Labulla, uti dicitur, excipiuntur, ut ibi caput earum credas, quas tamen ex altiori capite, e ſubterraneis nempe Veſuvii caveis emanare licet conjicere: quae cum per cuniculos ad duo millia paſſuum lapſae ſunt, ita dividuntur, ut altera pars ad laevam meridiem verſus, per paludes ad ſanctae M. pontem fluat, & inde* A DIVISIONIS LOCO *ſibi nomen adquirit: altera vero pars, recta per aquas regias ſive Doliolum magnifico arcuum ſtructu, qui eſt in ingreſſu Capuanae Portae, proximus S. Catharinae*, Formellae *dictus, non ſine maximo civium commodo*, cet. Sanfelicium ſectatus eſt Carolus Pecchia, vir politiorum literarum cultu clariſſimus, ac in thuſca praeſertim pöeſi nulli ſecundus, in Adnotatis ad Eclog. in morte Lycabae (h. e. Joſephi Brunaſſi): verum ipſemet re melius penſitata in noſtram pedibus ivit ſententiam,

qua

qua in re laudati viri, quem honoris cauſſa nomino, docilitatem & veriloquium longe demiratus ſum. Sanfelicius autem, qui Cluerii libros expilavit, cujusque mos eſt aliena tamque ſua in medium proferre, Capacii ſententiam & verba expreſſit. Hic enim lib. 2. cap. 7. inquit: *Labulla tota aqua eſt dum per hoc caput ad mare per urbem influit. Sebethus* A DIVISIONIS LOCO *ad D. Magdalenae pontem. Formeliae a Capuanae ingreſſu per totam urbem labens, ſed uno nomine* Labulla *appellatur:* & pag. 435. repetit: *Labulla, labrumque locus eſt in quo labens Neapolitanorum aqua excipitur, ut ibi caput earum dicas... itaque Labulla genus eſt, Sebethus autem & Formellae ſpecies.* Quod quam falſum ſit evicit P. Troyli tom. 4. & nos ad ravim usque recantavimus. Braudandi ſententiam unanimiter confirmarunt Abraham Ortellius, qui ad aliud vergens extremum totam Sebethi aquam ſubter Neapolim diſcurrere arbitratus eſt. Celanus (Giornat. X. p. 19.) *e coverto ſi porta alla Bolla, ed ivi ſpartendoſi con una parte dell' acque ſue va a diſſetare i Cittadini, e a dar loro piacere con iſcherzare ne' fonti, con l' altra a dar vita nell' eſtate alle verdure, ed a fatigare con dodici mulini, perchè verdure, e pane non mancaſſero a' Paeſani.* Ambroſius Leo cap. 1. *Veſuvius item undique aridus ſiccuſque eſt: exceptis paucis (ut quidam opinantur) laticibus, qui ſub extremis radicibus laevi cornu funduntur verſus agrum Neap. quorum pars per ſubterraneum Aquaeductum puteis paſſim ſuper eo factis diſtincta & excepta coactaque prope Pauſylipi montis radices, Neapolim uſque deducitur, ac vicatim diffunditur per urbem, idque per altos ad id factos cuniculos. Quamobrem fontes & puteos paſſim in urbe gignit: cui flumini nomen eſt Sebethus. Pars vero altera ſoluta rivulum detectum quendam producit: qui loco inferiore, quam Sebethi Aquaeductus eſt, defluit; verumtamen tamquam illius Aquaeductus curriculi ſocia procedens (ab hoc enim ille parum abeſt) trecentisque paſſibus citra Neapolim mare tranquille fluent ingreditur.* Cl. Facciolatus, *qui* (Sebethus) *vicatim per Neapolim delabitur, ſed ejus pars prope muros urbis excurrit.* Nil diverſa ſcriptitarunt ceteri Lexicographi, in eo potius caſtigandi, quod, vel ſolam aquam, quae Neapo-

lim ſubter fluit, Sebethi nomine decorent, vel quod totam Sebethi aquam Neapolim ſubterfluere rati ſint.

VI. Hinc caſtigandus eſt Donatus Franchus, vir ſane muſis amiciſſimus, qui perquam inficete Sebethi & Labullae amores effinxit

Cantabat vacuus curis Sebethus ad amnem
Si vacuum ſineret perfidioſus amor.
Ipſa veni ad ſalices, & opacae umbracula vitis,
Ipſa veni ad noſtras culta Labulla modos.
Culta Labulla veni, ſunt hic tibi ſerta parata
Nexa ſimul calathis, juncta ſimul violis

Monſtroſa ſane fabula haec eſt, etiamſi pöetice ſpectetur, & nullam veri imaginem praeſefert: enimvero aut Labulla genus eſt & mater omnium aquarum, Sebethus autem, & Formellae Species, aut non diſtinguitur ab ipſomet Sebetho, ut probavi, cujus aquae in Labulla colliguntur. Qualicumque modo conſideretur neutiquam inter illam & Sebethum perfidioſus ille amor concipi poteſt; niſi fingere velimus Sebethum aut inceſtum, aut ſtolidiſſimum eſſe, cum vel matrem, vel ſemetipſum deperierit. Alibi Donatus confundere videtur Labullam cum Formellis

Sed quo me rapis heu raucum puriſſima Nympha,
Nympha Labulla urbem fonte perenne rigans?
Illabens ſemper vicatim moenia circum,
Perque domos largo flumine, perque vias.
Atria aquis, domus omnis aquis, urbs omnis abundat
Nilis & centum fontibus unda venit.
Praebet ubique libens ſitienti pocula lympha
Splendidior vitro, dulcior ambroſia

Rectius finxiſſet amores inter Sebethum & Formellas, ſed & haec neque congruunt. Hinc Pontani fabulandi genus adprobant ſaniores pöetae, qui ex matre Labulla Nymphas natas eſſe cecinit.

Eſt inter natas fecundae prima Labullae
Nomine Formellis cet.

Fingi quoque poſſent amores inter aquam, quam vulgo dicunt, *l'acqua di Carmignano*, & Sebethum, quaſi illa

illa Neapolitani fluminis amore fruitura e longinquis fluxerit regionibus, montes ſuperaverit, paludarum immenſitatem, ac varia pontium fulcimenta tranaverit, ac tandem laeta Sebethi ripas adventarit, cet. Et haec in Pöetarum gratiam. Cum igitur, ut ad rem noſtram redeamus, Labullarum aquae Sebethi filiae ſint, ſequitur ante ſtructuram aquaeductus Sebethum vel per paludem, vel per Neapolim plena aquarum copia fluitaſſe. Merito ergo Vibius Sequeſter Sebethum inter Campaniae flumina adnumeravit.

VII. Hiſce omnibus ſe interponit Sebethieae gloriae vituperator Martorellius, contradicit, refragatur, & parum habens quod infortunati Sebethi θεοτην conculcaverit, quod ei dicata templa diruerit, exauguraverit & altaria, quod ei literata marmora ſurripuerit, quod ejus famam obnubilarit, velut inſano livore percitus ipſum ποταμοῦ (*Flavii*) liberale nomen ei abripere conatur, atque ita Sebethum, olim Neapolitanorum delicium, aeterna notatum infamia, incredibili pudore ſuffuſum, atque omni re immiſericorditer expoliatum exterorum ludibrio exponit. Hoc pacto argumentatur de R.Thec. Cal. tom. 2. pag. 680. *Si vero Sebethi meminerint, ut notum eſt*, Virg. Aen. 7. 734. *Columella lib.* 10. 260. *demum Statius noſter* 1. *Silv. carm.* 2. 263. *advertere eſt hos vates de rivo ſive* ναματι *loqui, non vero de fluvio ac* ποταμῷ. *Nam primo ſermo eſt de Nympha Sebethide, quas Nymphas vel ſat parva flumina, vel fontes coluiſſe finxerunt. Columellae adeo exiguus eſt ut ejus aquam rori comparet vocetque Parthenopen Sebethide Lympha roſcidam; & Papinius optat, ut hic pauperrimus aquis creſcat, & aliquando intumeat, pulcra tumeat Sebethos alumna.* Eadem repetit pag. 224. (Napoli abitat. ec.) *Ed ora intendiamo, perchè il noſtro Stazio nel vivace Epitalamio, che fra due dì compoſe per le nozze di Stella, e della vaga e ſaggia Violantilla ec. deſidera che il noſtro Sebeto* pulcra tumeat ec. *non per altro ſe non perchè tanto è dir* Sebethus, *che fiume quieto, e che va nel mare con pochiſſime acque, e biſognava in giorno sì lieto l'accreſceſſe. Mi piace inoltre, che Columella ec. ci dica eſſere sì tenui le ſue acque, che a guiſa di gentil rugiada innaffiavano la noſtra città*, parthenopen cet.

Sed ad ſingula licet longa reſponſio, tamen facillima, & ut res ordine digeram.

VIII. Ex Virgilio nil erui poteſt: najades enim non ſolum parva, ſed vaſta quaeque flumina incoluiſſe juxta pöetas non eſt inficiandum: unde ipſemet Pöeta Nymphas fluviorum parentes eſſe cecinit Aen. 8.

Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde eſt,
Tuque, o Tybri, tuo genitor cum flumine ſancto,
Accipite Aenean.

Ad haec recte ſatis Donatus: *Videamus cur primo Nymphas induxerit, & ſecundo loco nominaverit Tybrim, quem primo debuit venerari, hunc ſciendum eſt partem ſecutum laudativae materiae, in qua retinendum eſt, ut parentes ejus praeferantur, qui forte laudandus eſt, cum igitur ipſe iſta dixiſſet* genus amnibus unde eſt, *non fuit ejus injuria qui ſecundo loco eſt poſitus* cet. Nymphas in Peneo victitaſſe conſtat ex Georg. 4. in Acheloo metamorph.6. Hinc nuperrimi vates Nymphas & fontes, & fluvios coluiſſe fabulati ſunt, qua in re nitidiſſimus adeſt Sannazarii locus, quem oblectationis cauſa iſthuc affero. De Partu Virg. ubi Jordanenſium Nymphularum ordinem, venuſtatem, habitum, & officia late deſcribit, Maronem, ut ſuus eſt mos, ad unguem imitatus

Jordanes quem juxta hilari famulantia vultu
Agmina denſantur natae, pulcherrima Glauce
Dotoque, Protoque, Galenaque, Lamprotöeque
Nudae humero nudis diſcincta veſte capillis
Callirhöe, Byroque, Pheruſaque, Dynameneque,
Aſphaltiſque aſſueta leves fluitare per undas:
Ipſaque odoratis perfuſa liquoribus Antis,
Antis, qua non ulla novos miſcere colores
Doctior, aut pictis caput exornare coronis.
Mox Hyale, atque Thöe, & vultu nitidiſſima Crene,
Gongyſteque, Rhöeque, & candida Limnoria,
Et Dryope, & viridis Botane reſoluta capillos,
Ore omnes formoſae, albis in veſtibus omnes,
Omnes puniceis evinctae crura cothurnis.

Ergo perperam contendit Martorellius Sebethum ex eo fon-

fonticulum fuiſſe videri, quod inibi Nymphas aluerit. Pro re nata connoto hocce argumentum, quod non ſemel obtrudit Martorellius, nimis elumbe & ficulneum eſſe. Hinc Martorellius pag. 125. (*Napoli abitat. ec.*) imperitis ſuetum fucum facit, dum tuetur inſulam ſolis, ſeu *Trinaciam* non eſſe *Siciliam* ex eo quod inibi fuerint Nymphae, eum audiamus. *In oltre in eſſa vi finge (Omero) due belle Ninfe, che da paſtorelle attendevano a cuſtodire la greggia del ſole* v. 131.

. . . . Θεαὶ δ' ἐπιποιμένες εἰσὶν,
Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι Φαέθουσά τε, Λαμπετίη τε,
. . . . *Deae vero paſtores ſunt,*
Nymphae comas-pulchrae Phäetuſa, & Lampetie.

E quaſi lo ſteſſo, ma con nuova eloquenza ridice nel v. 318. *indi nel* v. 375. *introduce queſta Lampezia, che ſi ſpinge veloce ad avviſare Apollo del gran torto ſofferto da quegli ſtranieri per la ſtrage, e ruina de' ſuoi armenti. Or ſe trovanſi Ninfe in Trinacia, dee eſſere una picciola iſola, sì perchè non ſi può intendere, che tali donzelle abitaſſero nella gran Sicilia, ſenza determinare in qual parte d' eſſa; sì perchè è uſo Omero di fingerle in iſolette; così ci fa rinvenire Caliпſo in Ogigia, Circe in Ponza, le Sirene in Capri* ec. Haec & ſimilia contra Interpretes, Pöetas, & Geographos omnes molitus eſt Martorellius, cui refragari licet, cum omnibus ipſe refragatus ſit. Primo inter Nymphas & locorum anguſtiam & ſterilitatem nulla adeſt analogia & relatio: hinc in ipſa Sicilia varias finxere Nymphas latini, ut metamorphos, V.

Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas, cet.

eaſque non ſolum in inſulis, ſed in ceteris quoque Continentis regionibus victitaſſe cantarunt. Item Nymphas magnorum matres eſſe Regum fabulati ſunt Graeci & Latini, ut Aenead. VI. 45.

. . . . *Rex arva Latinus & urbes*
Jam ſenior, longa placidas in pace regebat
Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Maryca.

Nil

Nil dicam de Juturna. Et Iliad. Y.

> Σμερδαλέα ἰάχων, πρῶτον δ᾽ ἕλεν Ἰφιτίωνα
> Εσθλὸν, ὀτρυντείδην, πολέων ἡγήτορα λαῶν
> Ον Νύμφη τέκε Νηῒς ὀτρυντῆϊ πτολιπόρθῳ,
> Τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντι, ἴδης ἐν πίονι δήμῳ
> *Horrende vociferans, primum autem interfecit Iphitionē*
> *Strenuum Otryntiadem, multorum ductorem populorum*
> *Quem Nympha peperit Nais Otrynteo urbium everſori*
> *Tmolo ſub nivoſo Hydae in opulento populo.*

Deinde Trinaciam Siciliam fuiſſe plurima oſtendunt, quae ſummatim colligo, ne aliena longe percurram. I. Ulyſſis ſocii longa navigatione, Charybdis, Scyllaeque periculis defatigati non eſt cur longius ad Syracuſarum conſpectum irent, ſed deinceps ſtatim ad aliquam Siciliae partem accedere debuerunt. II. Si ſolis inſula non eſt Sicilia, eccur Ulyſſis ſocii illam minime reliquerunt fame citi, & ad viciniſſimam Siciliam non iverunt? Ecquidem ſtolidiſſimus fuiſſet Ulyſſes ſi in tanta neceſſitate infami potius ſcopulo retineri, quam ad proximam, & omnium rerum florentiſſimam Siciliam ſe conferre voluiſſet. Sane tantus Heros ſolitarius in remotiſſima illius ſcopuli parte tot precibus ſe, Deoſque minime excruciaſſet, ſed illico ad quaſi contiguam Siciliam ſe impuliſſet. III. Si ſolis inſula fuiſſet in Syracuſarum ſinu, ſequeretur Ulyſſem mediam Siciliam circumiiſſe ejuſque libaſſe litora: eccur autem neque id, neque Siciliam nominat Homerus? IV. Solis inſula tam anguſta & miſerabilis, ut contendit Martorellius, minime fuit, potius Homerum audiamus Odyſſ. 353.

> Θρινακίην δ᾽ ἐς νῆσον ἀφίξεαι, ἔνθα δὲ πολλαὶ
> Βόσκοντ᾽ ἠελίοιο Βόες καὶ ἴφια μῆλα,
> Επτὰ βοῶν ἀγέλαι, τόσα δ᾽ οἰῶν πώεα καλὰ
> Πεντήκοντα δ᾽ ἕκαστα. γένος δ᾽ οὐ γίνεται αὐτῶν
> *Thrinaciā autē ad inſulam pervenies: hic autem multae*
> *Paſcuntur Solis boves, & pingua pecora,*
> *Septem boum armenta, tot ovium pulcri greges,*
> *Quinquaginta vero ſingula: propagatio non eſt ipſarum.*

Quot ergo herbarum mollia pabula, quot aquarum

ſca-

ſcaturigines, atque alia commoda fuiſſe in hac inſula dicemus ad tot animantium conſervationem? Sane inibi quercus erant alticomae: φύλλα δρεψάμενοι τέρενα δρυὸς ὑψικόμοιο. Inibi Nympharum erant pulcri loci & ſedilia: Ενθα δ' ἔσαν νυμφέων καλοί χοροί ἠδὲ θόωκι: Hujus inſulae adſpectu gaudebat ſol ipſe: ἦσιν ἔγωγε Χαίρεσκον μεν ἰών εἰς ὐρανόν αστερόεντα, Ηδ' ὁπότ' αψ ἐπί γαῖαν ἀπ' ὐρανόθεν προτραποιμίω. Paſtores erant Nymphae pulcricomae: hinc Homerus hance inſulam ἀμύμονα νῆσον *eximiam* dicit: ergo quamobrem Sicilia eſſe nequivit? Adde Ulyſſis ſocii prope litus conſiſtebant, ubi etiamnum boves mactarunt, uti refert Ulyſſes:

Βῆ δ' ἴεναι ἐπὶ νῆα θοὼ καὶ θῖνα θαλάσσης
Αλλ' ὅτε δὴ χεδὸν ἦα κιὼν νεὸς ἀμφιϊάσσης,
Καὶ πότε με κνίσσης ἀμφ' ἤλυθεν ἡδὺς ἀϋτμή.
Feſtinabam ire ad navem velocem & litus maris
Sed quando certe prope eram profectus
Et tum mihi nidoris obvenit dulcis flatus.

Quod ſi in Inſulam intimius penetraſſent, ut facere caepit Ulyſſes, certe omnia ad vitam neceſſaria inibi praeſta reperiſſent. IV. Cum Graeci ſolis inſulam deſeruerunt non apparebat ulla terrarum: verum hoc falſum eſſet, ſi iſthaec inſula contra Syracuſas extitiſſet: etenim ab Syracuſarum ſinu uſque ad Pachynum longus terrae, ſeu Siciliae tractus ab dextro latere remanet peragrandus. V. Quaerit ibid. pag. 129. Martorellius quamobrem Boves hac in inſula finxerit Homerus, & ſuae opinionis oblitiſſimus, inquit: *Non ſarà di maraviglia, ſe il grand' Omero in eſſa vi finge i bovi del Sole, perchè ſi sa, che in Sicilia ſon frequenti queſti armenti di color rubicondo: quindi il gran Poeta gli fa conſacrati a tal nume, ed altresì perchè ſono di condizione migliore, ed il latte è più ſcelto, e perciò Omero dice, che ſi fu beſtiame femminile*, καλαὶ Βόες. VI. Poſtquam Ulyſſes ad ſolis inſulam pervenit ſocios hunc in modum exortavit ibid.

Κέκλυτέ μευ μύθων κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
Οφρ' ὑμῖν ἔπω μαντήϊα τειρεσίαο,
Κίρκης τ' αἰαίης, ἥ μοι μάλα πολλ' ἐπέτελλεν.

Νῆσον

Νῆσον ἀλεύασθαι τερψιμβρότου ἠελίοιο
Ενθα γὰρ αἰνότατον κακὸν ἔμμεναι ἄμμιν ἔφασκεν
Αλλὰ παρὲξ τὴν νῆσον ἐλαύνετε νῆα μέλαιναν
Audite meos ſermones mala quantumvis paſſi ſocii
Ut vobis dicam vaticinia Tireſiae,
Circeſque Aeaeae, quae mihi valde diligenter praecepit.
Inſulam effugere lumen hominibus dantis ſolis.
Hinc enim praeſentiſſimum malum fore nobis dicebat.
Sed praeter inſulam pellite navem nigram.

Cui ſtatim Eurylochus moleſto reſpondit ſermone iratiſſimus ibid.

Σχέτλιος εἷς ὀδυσεῦ περί τοι μένος, οὐδέ τι γυῖα
Κάμνεις ἦ ῥά νυ σοί γε σιδήρεα πάντα τέτυκται,
Os ῥ ἑτάροις καμάτῳ ἀδηκότα ἠ δὲ καὶ ὕπνῳ
Οὐκ ἐάας γαίας ἐπιβήμεναι, ἔνθά κεν αὖτε
Νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ λαρὸν τετυκοίμεθα δόρπον
Αλλ᾽ αὔτως διὰ νύκτα θοὴν ἀλάλησθαι ἄνωγας
Νήσου ἀποπλαγχθέντας ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ...
Infelix es, o Ulyſſes, abundat tibi robur, neq; nunquã mẽbra
Infatigaris: plane omnia tibi ferrea ſunt
Qui ſocios defatigatos atque etiam ſomno
Non permittis terram conſcendere, ubi rurſus
Inſula in circumflua lautam paremus caenam.
Sed celerem per noctem temere errare jubes
Ab inſula errabundos in obſcuro ponto...

Si vero Solis inſula diverſa fuerit ab Sicilia, ſane omnem litem dirimere potuiſſet Ulyſſes, potuiſſet inquam ſuſpectiſſimam ſolis inſulam deſerere, & ad Siciliam vela convertere, *& ſic* non *temere erraſsent errabundi in obſcuro ponto*, quae ſunt Eurylochi objectiones. E contrario ſi Sicilia ſolis inſula fuit, ſtatim reviviſcunt Eurylochi abſurda: ſi enim Siciliam relinquebant Graeci locorum ignari, nonne *erraſſent errabundi in obſcuro ponto?* Hinc patet cur Ulyſſes tandem in Eurylochi & ſociorum pedibus iverit ſententiam. Verum ad propoſitum regrediamur: Ergo ex Nympharum habitatione perperam deduxit Martorellius locorum anguſtiam & paupertatem: ergo perperam deduxit quoque noſtrum Sebethum fuiſſe aquarum indigentiſſimum ex eo quod inibi Nympham finxerit Virgilius: etenim, uti innuebam,

bam, Nymphae locorum vaſtitatem aut anguſtiam minime denotant, & deinde apud Homerum ſunt multiplicis generis: nam aliae ſunt *marinae*, aliae *flumineae*, aliae *ſilveſtres*, aliae *Paludales*, aliae *Fontanae*, & aliae *Limoniades*. Ergo ex Nympha, quae aliquem locum inhabitet deduci nequit loci conditio, & praeſertim deduci nequit an ſit Fons, an vero Flumen. Senam hanc Nympharum diviſionem exufflat Cl. Martorellius ibid. pag. 69. *Non ſarei degno di ſcuſa, ſe non faceſſi partitamente diſcernere, quanti ſono e concordi inſieme queſti due gran Poeti* (Heſiodus & Homerus) *in diſtinguere in tre ordini le Ninfe, come io ho già diviſato, quelle de' fiumi, del mare, e delle ſelve . . . ' il che non avendo oſſervato i Poeti, ed i poſteriori Scrittori, hanno recato noja, e ſtento* ec. Verumtamen ſi Homerum unquam lectitavi, falſum eſſe hac in re Cl. Martorellium me probaturum ſpondeo. Agedum, nulla quaeſtio eſt de *marinis*, *flumineis*, & *Silveſtribus*: de ceteris tantum, praeſertim de paluſtribus, controvertitur. Itaque Homerus de *Fontanis* cecinit Odyſſ. P. v. 205.

. . . καὶ ἐπὶ κρήνην ἀφίκοντο
Τυκτὴν καλλίροον, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται,
Τὴν ποίησ' Ἴθακος καὶ νήριτος ἠδὲ πολύκτωρ,
Αμφι δ' ἄρ αἰγείρων ὑδατοτρεφέων ἦν ἄλσος
Παντοσε κυκλοτερὲς, κατα δὲ ψυχρὸν ῥεεν ὕδωρ
Υψόθεν εκ πέτρης. Βωμὸς δ' ἐφύπερθε τέτυκτο
Νυμφάων ὅθι πάντες ἐπιρέζεσκον ὁδῖται
. . . . *& in fontem pervenerant*
Factam pulcre-fluentem, unde aquam capiunt cives,
Quam fecit Ithacus, & Neritus, & Polyctor
Circum autem alnorum aquis nutritarum erat nemus
Undique circulare, frigida autem diffluebat aqua
Ex alto ex petra, ara autem deſuper facta erat
Nympharum, ubi omnes ſacrificabant viatores.

Haſce Nymphas, quae in dicto fonte latitare credebant Ithacenſes, ſublatis manibus exoravit Ulyſſes ab Melanthio calce percuſſus, ut vel femellae norunt ibid. v. 240.

Νύμφαι κρηναῖαι, κοῦραι Διός, εἴποτ' ὀδυσσεύς
Υμμ' ἐπὶ μερί ἔκηε καλύψας πίονι δημῳ

Αρνῶν

Αρνῶν ἠδ' ἐρίφων, τόδε μοι κρηήνατ' ἐέλδωρ,
Nymphae fontanae, filiae Jovis, ſi unquam Ulyſſes
Vobis femora combuſſit cooperta pingui nidore
Agnorum & haedorum, hoc mihi perficite deſiderium.

Neque dicas id generis Nymphas ab Silveſtribus non diſtingui, etenim, ut & infra videndum, haſce in ſolis victitare fontibus ait vates: hinc riſu excipiendus Scholiaſtes, qui haec enotavit: *Ταύταις προσεύχεται, ἤτοι, καθ' ὃ ἀγροικός ἐστι, has* (Nymphas) *exorat* (Ulyſſes) *nempe quia ruſticus eſt*: ſiquidem has exoravit non quia *ruſticus* erat, ſed quia juxta earum aquas fuit calce percuſſus: ceterum hiſce Nymphis non ſolum ruſtici, ſed *omnes*, ut ſupra reſcripſimus, *ſacrificabant viatores*. Age vero videamus & alia magni Homeri loca, ubi de Fontium Nymphis interloquatur. Sane Odyſſ. K. easdem innuit:

Αμφίπολοι δ' ἄρα τέσσαρες ἐνὶ μεγάροισι πένοντο
Τέσσαρες, αἵ οἱ δῶμα κατὰ δρήστειραι ἔασι
Γίνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων, ἀπό τ' ἀλσέων
Εκ θ' ἱερῶν ποταμῶν, οἵτ' εἰς ἅλαδε προρέουσι
Ancillae autem interea quidem intra domum ſatagebant
Quatuor, quae ei domi adminiſtrae erant
Natae autem hae erant ex fontibus, & a ſilvis
Et ex ſacris fluminibus, quae ad mare profluunt.

De *fontanis* itidem Nymphis memoravit Homerus Odyſſ. N. ubi eas *Najadas* dicit, & alibi, quaeque omnia divini vatis loca iſthuc tranſcribere fruſtraneum puto, cum tritiora ſunt, quam ut adnotatione indigeant. Hactenus de *Fontanis* nunc de *Paluſtribus* agendum eſt Nymphis.

Martorellius ibid. pag. 401. contra Mazzochium demonſtraturus vocem λίμνη non tantum *paludem* inſonare, ſed etiam *profunditatem*, haec obtrudit: *Sembrami, che molto ajuti queſto mio penſiero Teocrito, il quale per lodar le Ninfe, dà loro queſto ſteſſo aggiunto* Λιμνάδας Idyll. ε. v. 17.

Οὐ μὰν, ὦτ' αὐτὰς τὰς Λιμνάδας, ὦ 'γαθὲ, Νύμφας,
(Αἵτ' ἐμὶν ἵλαοί τε, καὶ εὐμενέες τελέθοιεν)
Οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας.

Non

Non certe, non, per ipſas Limnadas, o bone, Nymphas
(Quae mihi placatae & benevolae ſint)
Non tuam fiſtulam furtim ſuſtulit Comatas.

Certamente il chiamar le Ninfe Λιμνάδας *debbe eſſer quì di lode, ſiccome ſarebbe di biaſimo il dirle abitatrici delle chiane, e degli ſtagni; nè fa meſtieri aſcoltar gli Scoliaſti, perchè non queſt' una meſchina volta eſſi non ſi contengono tra le buone regole di giudicar degli antichi, e perciò ſcriſſero franchi:* τὰς Λιμνάδας αὐτὰς Νύμφας, ἤγουν, τὰς ἀναστρεφομένας ἐν ταῖς λίμναις, dictas ipſas Nymphas Λιμνάδας, eo quod in paludibus verſarentur: *E quantunque le Ninfe ſono ricchiſſime d' aggiunti, queſto ſolo ſarebbe, che le fa dimorar nelle paludi, e s' avrebbe ſolo da Teocrito, poeta ben avveduto, onde molto diverſo ſi dee credere eſſere ſtato il ſuo penſiero con dirle* Λιμνάδας. Verum doctiſs. Martorellium, qui Ὁμηρικώτατος ſalutari contendit, ſeu qui Homeri libros diurna nocturnaque manu volvit, haec illinere potuiſſe ad ſtuporem uſque demiratus ſum: etenim ex variis Homeri locis eluceſcit & dari Nymphas, quae in paludibus verſantur, ut Odyſſ. Z.

Ὥς τέ με κουράων ἀμφήλυθε θῆλυς ἀϋτὴ
Νυμφάων, αἳ ἔχουσ' ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα
Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πείσεα ποιήεντα.
Ut me puellarum invaſit femineus clamor
Nympharum, quae habitant montium ſumma culmina,
Et fontes fluviorum, & paluſtria loca herboſa.

Sunt igitur apud Homerum Nymphae, quae habitant πείσεα h. e. *loca humida*, quaſi qui poſſint πίσαι, *potum* praebere, a πιπίσκω, *potum praebeo*, ut ſciunt & puelli. Eadem repetit Homerus Iliad. XX. v. 4.

Οὔτ' ἄρα Νυμφάων, ταί τ' ἄλσεα καλὰ νέμονται,
Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πίσεα ποιήεντα
Neque Nympharum, quae nemora pulcra habitant,
Et fontes fluviorum, & prata herboſa.

Ut vertunt alii: πισος enim ſonat quemque locum *humiditate foetum*, cui humido loco ſi herbae addantur, *palus* eſt, vel *pratum*, cet. ergo hujusmodi Nymphas me-

merito Λιμνάδας vocitarunt poſterioris Graeciae Pöëtae. Neque in hiſce humidiſſimis locis Nympharum habitatio indecora eſt, ut opponit Martorellius, nam hic non quaeritur quid ſit *decens* aut *indecens*, ſed quid finxerint Graeciae Scriptores. Poſtremo Fontium Nymphas Homerus habitare quoque docuit in *antris altis & obſcuris*, ut Odyſſ. N.

> Αγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ηεροειδὲς
> Ιρὸν Νύμφαων αἱ νηϊάδες καλέονται
> *Prope autem ipſam antrum altum obſcurum*
> *Sacrarum Nympharum, quae Najades vocantur.*

Et idem ſimiliter Nymphas in *pratis*, & *paludibus* verſari dicere non potuit? Forſitan hoc decens eſt, illud indecens? Apage nullius ponderis argumentum. Proſequitur Cl. Martorellius ibid. *L'eruditiſſimo Valckenaer nell'epiſt. a Rövero pag.* XXIX. *comentando con ammirevole ſaper Greco queſti verſi di Teocrito, ſembra convenir meco, perchè facendo piccola correzione di* ὢ τούτας *invece di* ὢ τ' αὐτάς *dice, che il paſtor Comata in altercando col compagno moſtraſſe col dito un tempietto Sacro alle Ninfe, onde pare, che queſt'uom ſavio, prenda il* λιμνάδας *per degne d'ogni oſſequio, e che veneravanſi in quel ſacro luogo, e ſi vale di Virgilio per fermar ſua congbiettura, ed è bello leggere le ſue parole:* Hoc in loco pro ὢτ' αὐτάς poſui ὢ ταύτας, ne litera quidem mutata: & in hoc carmine multa, quamvis in tertio plura, pendent ab actione: Comatam, dum dicebat ὢ ταύτας τὰς λιμνάδας, digito monſtraſſe ſuſpicor proximam Nympharum domum, ſive ſacellum, aut certe Νυμφέων ποιμενικὰ ξόανα, quae Leonidas memorat Tarentinus in epigrammate: ſed ſacellum, ne me vanum putes conjectorem, Virgilius reſpexit, dum tractabat hunc locum ecl. 3. 9. *Novimus & qui te... Et quo ſed faciles Nymphae riſere ſacello.* Verum data tanti viri emendatione (quamvis nullus, quod legerim, ex Theocriti expoſitoribus id unquam ſomniaverit, & quamvis Virgilium hac in re ad Theocritum reſpexiſſe nemo notaverit) nil contra *Paluſtrium* Nympharum exiſtentiam conficitur: ſiquidem & Nymphae *paludarum*, aut *pratorum* omni fuerunt obſequio dignae, quod ut probemus non opus eſt

ut

ut cum Martorellio ad Valckenäerii emendationem confugiamus, ſed ad ipſum Theocritum recurrimus, qui Paſtores per Λιμναδας jurari ſolitos eſſe cecinit: id vero per quod juratur ſacrum eſt, atque omni obſequio digniſſimum. Ergo Λιμναδαι non iccirco *paluſtres* minime fuerunt, quia venerabantur: nam neutiquam probavit Cl. Martorellius Deos, Deasque, Nymphas potiſſimum, quae in paluſtribus herbis finguntur, nullo apud Graecos cultu honeſtari. Multa hic urgere poſſem: verum conſulas Natal. Com. cap. *de Nymphis*. Et Spanhemium in Obſervat. in Callimach. pag. 139. nam me pudet pigetque diu in hiſce, quae nimium obtrita ſunt, immorari.

Tantum ergo abeſt ut quidpiam ex Virgilio extundere valeat Martorellius, ut evidenter illius opinionem, nempe Sebethum fuiſſe aquarum pauperrimum rivulum Virgilius ipſe convellat. Quippe Pöeta haud cecinit Nympham Oebali genitricem Sebetho praeſediſſe, ſed Sebethi filiam eſſe & ſubditam, quod denotat Sebethum plurium Nympharum, ſeu aquarum parentem eſſe. Atqui, ſi verum amamus, ex Virgilio conſtat Sebethum patrem fuiſſe: habebat enim Sebethida natam: ſed fluvii qui ab pöetis veluti patres & ſenes finguntur, magnam aquarum copiam retinent: ſiquidem veteres *fluviolos* ſub juvenili, *flumina* vero ſub ſenili ſpecie deſignarunt. Hinc in Sicilia rivulus ιψσα, vulgo *Belice*; puerili forma in ſculptis viſitur, praeſertim ſine barba. Item in nummis Civit. Aſſorinae viſitur CRYSAS fl. vulgo *Dittaino*, & *Simeto*, ex cujus dextra pendet breviſſimum velamen, quod certe parvam aquarum irrigationem indicat. Eadem juvenili forma ſe oſtendit HIPPARIS in nummis Camarinae, ACIS in nummis Catanae, cet.

His praenotatis cenſoriam virgam effugere nequeunt Cellarius, qui Geograph. tom. 1. 843. inquit -- *huic* (Sebetho) *Nympham praeſediſſe ejusdem nominis finxit Virgilius:* & Servius, qui haec enotavit: *Oebalus filius eſt Telonis, & Nymphae Sebethidis: haec autem eſt juxta Neapolim:* quaſi nomina iſthaec *Sebethis*, & *Sebethias* propria ſint, & non πατρονυμικα, quod ſomniare inſulſum plane & puerile eſt. Enimvero vel ex Statio Sebethum proprio, & virili nomine celebrem fuiſſe pronum erit oſtendere. Hinc Aſcenſius connotavit: *Sebethis*

this ſic dicta a loco juxta Neapolim : aptius dixiſſet *ab Sebetho patre*. Unde Pontanus, Sannazarius, & Bernardinus Rota, prudentiores Virgilii interpretes, *Sebethis* nomen πατρωνυμικὸν eſſe putarunt, & Sebethi Nymphas vulgo *Sebethidas* appellitarunt. Veteres igitur Sebethum virili genere & nomine ſalutarunt, quos & imitati ſunt laudati nuperrimi vates. Primo Pontanus qui in ultima libri II. Eleg. fictione jucundiſſima & eleganti Sebethi viri μεταμόρφωσιν in fluvium cecinit

Cum ſubito ex alto vox reddita, numen aquarum
Sebethus fonti eſt nomen honosque tuo:
Nec mora, qua jacuit, vitrei fluxere liquores
In laticemque abeunt membra ſoluta novum
E puro liquidus fit fons, fit numen aquarum
Ex homine: hinc ſubitis in mare currit aquis.

Ad hanc Pontani elegiam reſpexit Sannazarius eleg. *de ſtudiis ſuis & libris Jov. Pontani* verſ.47. ut connotavit Petrus Ulamingius. Hinc Sebethum Nympharum parentem eſſe canit itidem Pontanus, quas ſaepe invocat

. . . . *o ſi qua*
E vobis ſi qua, Nymphae Sebethides, udam
Benaci de fonte ferat Permeſſida laurum

Verum Sebethi adoleſcentuli in Fluvium μεταμόρφωσιν nova, ſed elegantiori, praeſertim pietatis plena, fictione hunc in modum incipit Bernardinus Rota, Ecl. 6.

Leucopetra già fu tra le marine
Ninfe la più leggiadra, e la più fera,
Di cui la riva intorno, e gli orti, e'l prato,
E l' antro, che quì vedi, e le vicine
Acque del puro fonte, e'l bel luogo era.
Di coſtei, come volle Amore, e'l fato
Arſe Veſevo, ed arſe ancor Sebeto
Di Partenope figlio e di Nettuno,
E di Volcano l' altro, e di Retina, ec.

Hinc Eclog. VIII. poſtquam Veſuvium ab Leucopetra ſpretum in Montem mutatum fuiſſe concinit, ita de Sebetho proſequitur

Nè dopo molto poi s' inteſe il grido,

Che

Che cotante dal cor lagrime ſparſe
Sebeto, che e'l cordoglio in mezzo al foco,
Dal petto contra il natural coſtume
Ratto di pianto ampio ruſcello aperſe,
Ond' egli dileguato a poco a poco
E liquido poi tutto in picciol fiume,
Che ancor ſerba il ſuo nome, ſi converſe:
E parte, e riga preſſo il bel Paeſe
Rendendo viva, e rugiadoſa l'erba
Col pianto ſuo, finchè raccolto in ſeno,
E' del Padre Tirren pronto e corteſe,
E qualor gli ſovvien dell' empia acerba
Sventura della Ninfa irato, e pieno
Correndo oltre l'uſato, in viſta ſembra
Rompere a forza il bel prato vicino,
E fare oltraggio al margine fiorito, ec.

Quamvis autem iſthaec Bernardini fabula ſit inſignis, lepida, mollis, delicata cet. tamen, ut verum fatear, naeum quendam, minutulum illum quidem, in ea deprehendere viſus ſum. Eccillum: Finxit Bernardinus Sebethum fuiſſe Sirenis filium: id vero nil veroſimile eſt. nam praeterquam quod Sannazarius & Pontanus Sirenem Sebethi faciunt uxorem, Sebethum extitiſſe ante Parthenopen ſcitiſſimum eſt. Hinc veteres amarunt nomen urbibus, ut vidimus cap. III., & perſonis ipſis imponere a Fluminibus jam antea extantibus: unde habes propria nomina *Eridanos*, *Mincios*, *Tiberios*, *Rhenos Danuvios*, *Euphrates*, cet. id poſterius luculenter firmat inter alios ſepulcralis ille titulus Pontaniani templi parietibus affixus

D. M.
POMPONIS
CRESCENTI
RHENO DANWIO
NEPOTIBVS
ET EVPHRATI. PATRI
EORUM FILIO. HOMINI
SIMPLICISSIMO. PONP.
RHENVS. PATER. FECIT
QVI ME NON MERENTEM
PROCVRAVERVNT

Conſtat igitur, ut millies dictum eſt, urbes e vicinis praeexiſtentibus fluviis ſibi nomen feciſſe, vel, ut adnotare oblitus eram, ex relatione ſeu figura, quam ex circumfluentium amnium concurſu praeſeferebant, nomen habuiſſe. Hinc plures, eaeque clariſſimae urbes fuerunt cum *Thebae* i. e. *Arcae*, *ſive navis* nomine, non alia de cauſſa, quam quia, cum eſſent μεσοπόταμοι (i. e. *interamnae*) ſpeciem arcae aquis circumfluae praeſeferebant: de quo vide quae omnium eruditorum plauſu enotavit, totius Europae litterariae miraculum, Mazzochius Differt. *de Arca* ad Geneſ. VI. Verum illo redeo. Inſuper Bernardinus de Sebethi filia quoque cecinit ad Epic. eleg. 6. lib. 1.

Herculana olim Sebethi filia, qua non
Et tanta & forma dignior ulla fuit,
Cui Falcona oculis cederat, non tamen Aegla,
Cedebat cultis Antiniana comis. Et inferius
Flevit amans, flevit natam Sebethus ademtam,
Fertur & in fluvium tunc abiiſſe Pater, cet.

Neque durius faceſſit negotium quod ex Columella objicit Cl. Martorellius ad firmandam nimiam antiqui Sebethi exiguitatem: neutiquam enim Columella Sebethi aquam *rori* comparavit: cecinit vero *Parthenopen Sebethide lynpha roſcidam* id. Sebethi aquis *irrigatam*. Sic & Virg. Aen. 7. 689. *& roſcida rivis Hernica ſaxa*, i. e. fluviis praeter fluentibus irrigata, ut expoſuit vel Minellius, & ibid. 712. *& roſcida rura Velini*, i. e. irrigata, a fl. Velino, ut explicat Aſcenſius, licet Servius legat Roſea *campum Reatinum*, quem neſcio quo Plinii loco deceptus ſequitur Pierius. Hinc vates *rorem* frequenter pro aqua uſurpant, ut Georg. 4. *rorem diſpergit amarum*, al. *diſperſit*. Seu aquam marinam: Lucretius: *nam quæ ſupra rorem maris*. i. e. ſupra aquas maris: Propertius: *Jonio laſſas ſpargere rore manus;* Ovidius met. V. *Eque capillis ros cadit, & citius.. in latices mutor*. Quid plura? Ipſemet Sannazzarius *aquas* Sebethi *rores* vocat Ecl. V.

Sebethi ad liquidas deſcenderat Herpylis undas....
Pone aram, & rivos hauri de flumine rores.

adeoque *roſcidus* idem frequenter ſonat ac *irrigatus*: hinc

hinc appoſite ſatis advertit, quis credat? Summontius lib. 7. *Columella chiama Napoli* roſcida, cioè *irrigata dall' acque del Sebeto, il che per forza del vocabulo più conviene al fiume*. Quae cur Lexicographi minime adnotaverint neſcio. Ceterum Columella non ob exiguitatem Sebethi aquas *rori* comparavit, ſed ob *perſpicuitatem*, non ſecus ac Altilius

Parte alia, qua perſpicuo delabitur alveo
Irriguis Sebethus aquis, & gurgite leni
Prata ſecat, liquidisque terit ſola roſcida lymphis.

Et Bernardinus Rota: *cinctus arundineis Sebethus cornua fronte lucidulas blando murmure fundit aquas*. Et Eclog. XI.

Dove Sebeto in mar chiude il viaggio
Cinto di ſalci, e canne il picciol corno
E fa bel ciò che riga, e ciò che bagna

Et Giannettaſius, qui nautic. IV. cecinerat fatum Niſi *Berëe Sebethide* Nympha cretum, lib. V. Sebethicarum aquarum lenitatem ita canit

Vos & Leucopetrae, vos regum cognita ſedes
Accipit interdum, vitreus qua fontibus humor
Labitur, & centum ludunt per culta Napaeae,
Et vagus umbroſo veniens Sebethus ab antro
Allicit, & placidus ludit Deus amne fluenti.

Et Sannazarius in Arcad. proſ. II. *mi parea fermamento eſſer nel bello, e lieto piano, che colui diceva; e vedere il placidiſſimo Sebeto, anzi il mio Napoletano Tevere, in diverſi cavalli diſcorrere per l'erboſa campagna, e poi tutto inſieme raccolto paſſare ſoavemente ſotto le volte d' un picciol ponticello, e ſenza ſtrepito alcuno congiungerſi col mare*. Hinc nil mirum ſi Columella Neapolim Sebethi aquis roſcidam eſſe cecinit. Antequam ultra progrediar, noto Michäelem Papienſem in lib. quem inſcripſit *De Sorte*, qui Columellam falſo imitari credidit, inficete nimis Sebethum deſignaſſe ſub nomine Nymphae Sebethidis

. . . . . *Jacet altera campo*
Aggeribus munita ſuis Sebethide Nympha
Roſcida. .

 Quip-

Quippe Columella haud cecinit Parthenopen roſcidam eſſe Nympha Sebethide, ſed lympha, ſeu Sebethi aquis irrigatam. Nil ergo ex Columella extunditur adverſus priſcam Sebethi magnitudinem.

Papinius denique in celeb. Epithalamio ne per ſomnium quidem Sebethum fuiſſe aquarum pauperrimum rivulum innuit.

At te naſcentem gremio mea prima recepit
Parthenope, dulciſque ſolo tu gloria noſtro
Reptaſti, nitidum conſurgat ad aethera tellus
Eubois, & pulcra tumeat Sebethos alumna,
Nec ſic ſulfureis Lucrinae Najades antris,
Nec Pompejani placeant magis otia Sarni.

Igitur, uti vides, Statius neutiquam optavit, *ut Sebethos pauperrimus aquis creſceret, & aliquando tumeret,* ut contra fidem omnem interpretatur Martorellius, ſed quod innuit huc redit: *tumeat Sebethos alumna:* ſcilicet *ſuperbiat, ſeu glorietur Neapolis, ſeu Sebethus, tali alumna. Tumeo* enim, licet translate, pro *ſuperbire* ponitur, quoniam inflati quodam modo ſuperbientium animi videntur. Hinc Cic. 3. Tuſc. *ſapientis autem animus ſemper vacat vitio, nunquam turgeſcit, nunquam tumet.* Et Horatius lib. 1. ep. 1. *Laudis amore tumens*, & hinc *tumere alicui*, eſt alicui iratum eſſe, ut ex ipſo Statio elucet lib. 2. ſilv. verſ. 58. *Accenſum quis bile feret? famulisque tumentem leniat?* Allatum interpretamentum, quod candidum verumque eſſe fatebuntur univerſi, attulit jam, imo & confirmavit quidam nil ſordidus Papinii Commentator inquiens: *Glorietur, inquit, Neapolis tali cive alumna qualis es, nec Lucrinus lacus, aut Sarnus Pompejanus plus* GLORIARI *propter ſuas Nymphas, quam Sebethus Violantilla: vult enim Violantillam videri Nympham Sebethi fl. Neap. nec ſibi placeat magis, nec ſe magis extollant ocia ideſt receſſus & amoenitates placeant magis ſcilicet ſibi, & ſe efferant Sarni Pompejani*, cet. Ecquid luculentius dici potuit? Hinc plane decipiuntur ii, qui per *pulcram alumnam* in hiſce Statianis verſibus intelligunt *pulcram Sebethi aquam:* etenim jam vidimus per *alumnam Sebethi* debere intelligi Violantillam. Quod plane firmat Martialis qui hanc eandem

dem Violantillam, quam ſub *Jantidos* nomine celebravit, cujuſdam fontis in aedibus Stellae fluentis Nympham eſſe cecinit epigram. XIV. lib. VII. *ad Arginum puerum Jantidos:*

> *Quis puer hic nitidis abſiſtit* al. *adſiſtit Jantidos undis,*
> *Et fugit ad Dominam Najada? Numquid Hylas?*

Et Epigram. XLVII. lib. 6. ad Jantida *Nympham*, jam dixerat

> *Nympha mei al. meo Stellae, quae fonte domeſtica puro*
> *Laberis, & Domini gemmea tecta ſubis*, cet.

De Aruntio autem Stella Patavino elegiographo, qui ſuae Jantidis columbam non ſecus ac Catullus paſſerem ſue Lesbiae, deflevit, loquitur martialis Epigram. lib. I. VIII. LXV. lib. V. XI. IX. lib. VI. XXI. lib. VIII. LXXVIII. lib. IX. XLIII. XC. & de Fontibus Jantidos lib. VII. XLIX.

> *Fons Dominae, regina loci, quo gaudet Janthis*
> *Gloria conſpicuae, deliciumque domus.*

Fallitur quoque (pace ſua dixerim) Capacius qui pag. 435. in hoc eodem Papinii Hemiſtichio enodando ceſpitans, per *Sebethi pulcram alumnam* ſignificari credidit Parthenopen.

Tandem ut ſuae famae ac dignitati conſulam do manus Cl. Martorellio, quocum & ajo, Papinium hic optaſſe, ut Sebethus *aquis creſceret, & aliquando intumeret:* exinde vero nil contra antiquam Sebethi magnitudinem erui poſſe ſanioris ratiocinationis viri perquam facile deprehendunt: quemadmodum enim Poeta in hoc eodem loco optavit *ut nitidum conſurgeret ad aethera tellus Eubois*, ita & optavit, ut ultra morem magis magiſque excreſceret Sebethus. Idem, ut antiquiorum exempla ſemel praetermittam, de Silare optavit vel Gherardus de Angelis

> *Movanſi l' acque de' vicini fiumi*
> *E 'l Selar faccian più largo e creſcente*
> *E ſiepi rompa, e adegui il piano antico.*

Miror itaque Martorellium virum cetera ſummum, in

Statianis hiſce quatuor verbulis, *pulcra tumeat Sebethos alumna* exponendis in transverſum iviſſe, cum in hujus patrii Pöetae tenebricoſis *χοιμενοις* elucidandis omnium interpretum accuratiſſimus videatur. Atqui ego pro re nata illum obſecro, & per quod ſacratius usquam eſt obteſtor, ut ſepoſitis tandem inventionibus, quae ei non unos pariunt adverſarios, pleniſſimum commentarium in Statium edat, & popularem ſuum aeterna illuſtret expoſitione, ne tranſalpini tantum Bernartii, Gevartii, Cruceii, Barthii, Gronovii, Veenhuſenii cet. aut exteri Caldarini, Lactantii cet. noſtrarum rerum ignari ſe primos & ultimos Neap. vatem adnotationibus condecoraſſe glorientur. Et ſpem meam nil fore inanem promittunt ipſius Martorellii illa verba, de R.th. calam. tom. 11. pag. 468. *Utinam mihi otium ſuppeteret, quot ornamenta, & quam elegans vivendi genus Graecanicae hilaritatis, & comitatis ab ſilvarum libris in lucem traherem!*

Inſtat interea Sebethi hoſtis implacabilis Martorellius ibid. 681. *Praeterea advertas rogo adeo parvum & vix notum exteris noſtrum hunc ποταμισχον fuiſſe, ut praeter quam quod, nec Aediculam, nec aras meruerit, nomen ipſum ingenitam μικρονοιαν praeſeferat; ejus enim vocis fons & caput eſt trita hebraea ρεσις* Sabat, quietus *hinc αμεσος Sebethus, eo quod leniſſime, & perquam parvo alveo etiam antiquiſſimo aevo defluebat, ut nunc etiam cernere eſt, quare potius quieſcere videbatur*. Eadem repetit pag. 223. (Nap. abitat ec.) *Eſce tal nome ſenza ſtento dal celebre vocabolo* Sabat, quietus, *cioè*: leniter fluens, *e ſono gli ſteſſi elementi, che in latino: era natio talento degli Orientali, perchè le acque de' fiumicelli ne vanno al mare placide e tranquille, chiamargli* Sabat. At ſi imberbi juveni canutiſſimos ſenes unquam reprehendere licuit, exclamo, hujusmodi etyma, quae fallaci tantum analogiae nituntur, & quorum ſunt pleraque non ridicula tantum, ſed animantibus ratione praeditis indigna, nil valere ad aliquam theſin firmandam. Quam ſit infirma, ſaepius nugatoria, quandoque inepta, inſulſa & frigida Etymologica ars, quamque frivolum & puerile ſit argumentum ab ea deſumtum oſtendit jam vir non vulgaris eruditionis Damianus Romanus (*lettera* XIII) con-

contra Vicum. Ceterum relatum Sebethi etymon nauci faciendum ſatis oſtendunt illepidiſſimae congruentiae queis id confirmare ſatagit cl. Martorellius: *neque credas* inquit ibid. *nullius pretii id etymon cum non uni rivi, ſive id genus parvi fluvii id nomen ſibi adquiſierint, ut Sabatus qui a Benevento delatus Volturno ſe immiſcet, & Sabatus in Brutiis juxta Terinam, quos quidem ob aquarum pauperiem & fluenti quietem id nomen nactos dicas.* Eadem recoquit pag. 223. 224. (Napoli ec.) *V' aſſai nomi di ſimili rivi aventi la ſteſſa origine, comechè ſieno diverſi gli elementi vocali, i quali ſi sa che non ſono in conto nell' etimologie, onde ſi ha* Sabatus *ſcarſo fiume, che da preſſo Benevento s'immette nel Volturno, e* Sabatus *ne' Bruzj lungo Terina, ſi vegga Cellario* pag. 732. *per non uſcir dal noſtro regno. Nè ſi negherà eſſerſi così detti, perchè* quiete & leniter fluunt, *e ſono ſottili di acqua.*

Minutatim, ſed logice reſpondeo. Quod de Beneventano Sabato congerit Martorellius, libere tranſeat, etſi ex pluribus fluviis coaleſcat Sabatus, quae ſane aquarum pauperiem non denotant, praeſertim infra urbem Calorem excipit, & aliis aquarum rivulis auctus Volturnum componit: unde Summontius lib. 1. 233. tradidit: *l'acqua di Serino è di tanta abbondanza, che come ſi vede in quel di Benevento, che vi potrebbero navigare altro che navilj.* Idque teſtantur omnes, qui Sabatum inviſerunt hiemis potiſſimum tempore immenſa aquarum copia fluitantem, non ſecus ac cetera flumina. Et fuit qui Sabatum Satno (quem rivulum eſſe nusquam dicet Martorellius) majorem eſſe dictitavit. Ceterum det mihi Martorellius Sebethum fluitaſſe antiquiſſimo aevo Sabato ſimillimum, & hoc ſat eſt, ad firmandum Sebethum non fuiſſe *rivulum, fontem, rorem* cet.

Quod vero ad Sabatum Terinenſem attinet, praenoto hunc amnem non diſtingui ab Ocinaro. Adiſis Cluerium, Cellarium, Braudandum, Barrium Francicanum, ceteros. Ocinarum autem neutiquam fuiſſe, neque eſſe rivulum non eſt cur hic immoremur oſtendere. Reviſas vel Giannettaſium Nautic. V. ubi magnitudinem, & verticoſum hujus fluvii in mare concurſum notat, ad cujus oſtia pulcherrimum adoleſcentulum cum navigio

vigio

vigio miſere abreptum fuiſſe merito fabulatus eſt, quem propter

> . . . *Gemituſque cavo Deus edidit antro*
> *Ocinarus, maneſque etiam flevere Ligaeae.*

Inſuper Ocinarum, ſeu Sabatum Terinenſem non leniter fluxiſſe, ut falſo imponit Martorellius, conſtat vel ex ipſo latebroſo Lycophrone, qui quamvis occentaverit, Ocinarum puram aquam evomere *φοιβον ἐκβρασσων υδωρ*, tamen hunc pleniſſimum amnen *vortices agere* notavit v. 729.

> Ω'κινάρυ δίναισιν ἀγχιτέρμονα.
> *Ocinari vorticibus conterminam* (Terinam).

Vortices vero immanem vim impetus habere, & aquae in gyrum vertentis impetum, turbinemque denotare, certiſſimum. Hinc Pierius ad illud Virgil. Aen. I. *ingens a vertice pontus . . . & rapidus vorat aequore vortex*, haec ſubnectit: *mirum eſt quam ſaepe invenias* vortex & vertex, *indifferenter ſcribi in antiquis codicibus, quod idem eſſe vult Aruſianus Meſſus. Capro tamen non temere vorticem per o vocalem quartam, in prima ſyllaba: a vertice per e vocalem ſecundam diſtinguente. Praeterea Soſ. Cariſius vertex a vertendo, vortex a vorando dicta putat. Vult autem Plin. verticem immanem vim impetus habere*, ut: ingens a vertice pontus: *vorticem vero circumactionem undae eſſe*, ut: rapidus vorat aequore vortex. Conſulas Sanctium in Min. & Auſonium Popma. Hactenus dicta mirifice confirmant Canterus, Meurſius, Potterus, Barrius Francicanus, Scaliger, ceteri, qui τὸ A'ρης Lycophronis in hiſce jambis 730.

> Λύσει δὲ σῆμα Βυκέρως νασμοῖς A'ρης
> O'ρυνθόπαιδος ἴσμα φοιβάζων ποτοις.
> *Abluet autem ſepulcrum corniger fortis*
> *Semiavis extergens aquis monumentum.*

proprium cujuſdam fluvii nomen eſſe noluerunt, ſed eſſe Ocinari epitheton i. e. *fortis*, quaſi ceciniſſet vates, *qui Ocinarus fortis & corniger abluet* cet. Ergo ſi Ocinarus *fortis* & *corniger fuit*, certe *non leniter fluebat:* nam Pöetae fluvios *cornigeros*, & *bicornes* nominant ob

uber-

ubertatem aquarum. Dignus eſt qui legatur Acron Horat. lib. IV. cui accedit Potterus: *Res enim, aut homines violenti & impetuoſi tauris aſſimilari ſolent.* Addas, quod fluvii, quibus haec nomina tribuuntur plerumque ſunt rapidi & violenti: Hinc Oceanus ταυρικρανος appellatur ab Euripide in Oreſt.

Ω'κεανος ὃν	*Oceanus quem*
Ταυρόκρανος ἀγκάλοις	*Turiceps ulnis*
Ε'λίσσων, κυκλεῖ χθόνα	*Se flectens ambit humum.*

Ad haec Natal. com. 823. *Taurinum autem caput Oceano tribuerunt antiqui propter vim ventorum, a quibus excitatur & impellitur, vel quia tauris ſimilem fremitum emittat, vel quia tamquam furibundus in litora feratur.* Et P. Pedruſius in Muſeo Farneſ. tom. V. Homeri nummum expoſiturus, inquit: *il Toro parimente conviene a Nettuno a riguardo del boato, che forma il mare quando ſi mette in tempeſta.* Ipſum legas: unde Gyraldus Syntag. 51. adnectit μυκηται *Neptunum appellatum legimus a mugitu & boatu maris, & huic Deo tauros valde furvos, nigroſque immolabant.* Laudatus Petruſius tom. III. pag. 141. Hadriani nummulum Neptuni imagine nobilem explicans, ait: *ſpuntano pure dalla ſua fronte le corna; e d'un tal ſimbolo ſervironſi gli antichi, per ſignificare il boato del mare, che bene ſpeſſo ſenteſi riſuonare a guiſa appunto di un toro, che mugge. Quindi* Neptunus ipſe Tauro & Taurios nuncupatus eſt .... *E ſe la fronte de' fiumi, ſpecialmente dell' Acheloo ci viene rappreſentata cornuta*, Acheloum cum Taurina fronte depictum exhibent vetuſti nummi Ambraciotarum, & Acarnanum, *Ezechiel Spanhem.* Diſſ. 5. *ſiccome i ſentimenti antichi*, Flumina reliqua Tauro comparant, ob ſonos ipſos, & alveorum circumflexiones, quas cornua vocant, Strabo lib. 10. *tanto più il mare, che in boati, muggiti più orrendi ſcoppia co' ſuoi procelloſi flutti*, cet. Igitur, ne in iis, quae nimium obtrita ſunt immoremur, cum Ocinarus, ſeu Sabatus Terinenſis fuerit *vorticoſus, corniger*, & Α'ρης, quomodo ex natura ipſius vocabuli dici poteſt *quietus, leniſſimus*, & *aquarum pauperrimus?*

Interea auram obtundis, mihi non nemo obmurmurabit, nec proficis hilum contra Martorellium, qui Α'ρην

non

non epitheton, ſed proprium fluvii nomen eſſe defenſat de R. Calam. tom. 11. pag. 683. Verum peculiaris haec Martorellii opinatio hac ratiocinatione in nihilum abibit. Si Α'ρῆς eſt proprium amnis nomen, epitheton Βυκίρως ei adjungi debet, uti vides: adeoque Α'ρῆν *rivulum leniſſimum* fuiſſe negandum eſt.: nam, ut ſupra ad ravim uſque recantavimus, Pöetae fluvios *cornigeros* nominant ob ubertatem aquarum, & fluxionis vehementiam: Sed Martorellius ibidem vult Α'ρῆν juxta veram nominis indolem parvae, vel nullius aquae fluviolum fuiſſe, non ſecus ac Sebethus: *hunc* Α'ρῆν dictum *ἀπὸ τῦ α ϛερητικῦ*, & *ῥέω fluo, quaſi non flueret ob caritatem aquarum, itaque opportune Lycophron canit de eo potius λύειν, lavare: hinc firmatur vocem* Sebethus *aeque eſſe, ac quies, & idem dicas Graece* Α'ρῆς, *ac apud Hebraeos* Sebethus; *& nunc primum novimus verbum latiare* areo *hinc etiam natum: areſcunt enim omnia, aquis minime defluentibus: riſum movet Perrottus, qui cenſet areo* eſſe ab ara, quia, quae diis adolentur, torrendo ſicca aridaque reddi ſolent, *cui adſtipulari videtur Voſſ. in Etym. voce* ardeo. Ergo aut importunum, & confictum eſt Martorelli etymon: aut Α'ρῆς & Βυκίρως ſunt epitheta Ocinari, ſeu Sabati Terinenſis. Nulla evadendi latebra. In haec ſaxa impingunt ii, quibus nova etyma immodice placent. Ceterum Α'ρῆς proprium fluvii nomen haud eſſe magnopere confirmatur ex eo, quod nulla vel umbratilis mentio de illo occurrat penes cujuſcumque aetatis Geographos, aut Calabriae Scriptores. Neque Cellario, & Cluerio, maximae notae viris, iraſcatur doctiſs. Martorellius, neque eos tamquam oblivioſos damnet: quoniam quae ipſe ſibi finxit de Ari in illis reperire fruſtra adlaboravit. Unus eſt Ortellius, qui neſcio quem Εριν, de quo ſubſultim loquitur Tzetzes, confundit cum Αρι, & quem non legiſſe Martorellium obſtupeſco.

Antequam ad alia rapiar plurima hic animadvertere operae pretium duco. Primo in verſ.731. Lycophronis, quem ſuperius exſcripſi, ineſt vox ὀρνιθόπαιδος, quam ego commune ſecutus interpretamentum reddidi *ſemiavis*. Verum contra me, ac ceteros clamitat Martorellius ibid. pag. 684. *in verſ. 731. ineſt vox ὀρνιθόπαιδος, quam univerſi dederunt* ſemiavis *menti Lycophronis per-*

quam

quam infeſti, quare ipſe cum hoc vate conjurans repoſui, gallinae pedes habentis. *A pueris didici* ὄρνις *eſſe gallina: & fundum divitem praeter lexica do Bochartum in Hieroz. par.* 2. *pag.* 125. 126. cet. His autem quid reponam habeo. Scilicet Cl. Martorellio adhuc duo ſuperſunt probanda. Primo, Lycophronem in illo aevo ſcriptitaſſe, in quo hic uſus apud omnes invaleſcebat, quod quidem ex Bocharto minime deducitur inquiente: *cum igitur* ὄρνις *Homero, & Heſiodo nihil quicquam ſit, quam avis in genere, Platonis coepit aevo uſurpari pro gallinaceo genere, & per aliquot ſaecula tam de gallo, quam de gallina dici, donec obtinuit uſus, ut proprium eſſet gallinae nomen*, cet. Si igitur non uno ſaeculo poſt Platonem hic uſus obtinuit, fruſtra ab Lycophrone, qui in antiquiori ſcripſit tempeſtate, uſurpari nunc dicitur. Deinde rurſus probare debuit magnus Martorellius poſt Platonis aevum voculam ὄρνις uſurpatam fuiſſe *ſolummodo* pro *gallina*, nuſquam vero pro *avi* in genere, quod ſane probare nequivit: Ipſemet enim Chriſti Apoſtoli, qui unica dialecto uſi ſunt, vocem ὄρνις nunc accipiunt pro *gallina*, ut Matthaeus XXIII. & Lucas XIII. 34. (quamvis alii vertunt *avis*) nunc uſurpant pro *avi* in genere, ut Apocalypſis XVIII. 2. ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου, μεμισημένου. *Cecidit cecidit Babylon magna & facta eſt habitatio daemoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundae, & odibilis.* Et cap. XIX. 17. Καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετωμένοις ἐν μεσουρανήματι. Δεῦτε καὶ συνάγεσθε εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου Θεοῦ, ἵνα φάγητε σάρκας Βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων, cet. *Et clamavit voce magna, dicens omnibus avibus, quae volabant per medium caeli. Venite & congregamini ad caenam magnam Dei: ut manducetis carnes regum, carnes tribunorum, carnes fortium, & carnes equorum*, cet. Et ibid. 21. Καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν. *Et omnes aves ſaturatae ſunt carnibus eorum.* Hic autem Johannes alludit, aut potius citat Ezech. 39. verſ. 17. *dic omni volucri, cunctiſque beſtiis* agri cet. & ad Jerem. 12. 9. *Venite*, cet. Conſulas

Boſ-

Boſſuetium in hunc S. Rivelationis locum.

Quod dictum eſt de graecanica voce ὄρνις, dicimus & de hebraea *tzippor*, quae licet plerumque redditur *paſſer*, uſurpatur etiam pro *avicula*, & interdum pariter pro *gallina*. Hinc Eccleſiaſtes XII. 4. de Senioribus inquit: *conſurgent ad vocem volucris*. Sic habet & Hieronymus. LXX. ſeniores habent τοῦ στρουθίου, quæ voces paſſerculos, aut quaslibet aviculas ſignificant. Quidam apud Malvendam vertit: *& ſurget ad ſonum aviculae*. Et interpres Origenis poſuit *gallinam* pro *volucre*. Ergo, ſi, ut innuebam, ante & poſt Platonis tempeſtatem vox ὄρνις tam pro *gallo*, *gallinaque*, quam pro *avi* in genere uſurpata eſt, fruſtra illam in Lycophrone ad *gallinam* reſtringit Martorellius. Alterum ſupra notare oblitus eram, nempe in Evangelio nusquam *Gallus* ὄρνις nomine ſalutatur, ſed ubique ἀλέκτωρ dicitur. Ceterum an Parthenope *gallinae*, vel *avis* pedes habuerit, unum idemque eſt. Quod advertendum duco, eſt unicum eſſe Martorellium, qui *gallinipedem* dixerit Sirenem: ſed omnes veteres latini γενικώτατος ſcripſerunt, Sirenes pedes avium habuiſſe, quorum agmen agit Ovidius met. V.

> *Hic tamen indicio poenam linguaque videri*
> *Commeruiſſe poteſt: vobis Acheloïdes unde*
> *Pluma* PEDESQVE AVIUM, *cum virginis ora geratis?*

Ipſemet Lycophron, & id non advertiſſe doctiſs. Martorellium longe demiratus ſum, ſirenem γενικωτάτῳ vocabulo *volucrem* dixit v. 721.

> Ἔτεια κυδανοῦσιν οἰωνὸν Θεάν
> *Quotannis honorabunt volucrem Deam*

Adde ſis. Οἰωνὸς proprie eſt major avis & carnivora, quia οἶος, ſcilicet ſola eſſe amat, praedae capiendae ſolitarie inhians. Hinc initio Iliadis, ut Achillis ira manifeſtaretur, occinit Homerus

> Αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
> Οἰωνοῖσί τε πᾶσι . . . .

Et hoc in Hectoris cadavere peracturus erat Achilles, niſi ab Priamo redemptum fuiſſet. Quod ignominioſſimae & immitis avis nomen bene convenit Sireni

car-

carnivorae, ſecus vero *gallinae*, manſuetiſſimae avium ſpeciei. Poſtremo Lycophron de Sirenis pedibus ne verbum quidem facit, & vox ορνιθοπαιδος etiam juxta Martorellii ſenſum debuerat verti *gallino-puellae*: & id praeter propriam vocis indolem ratio ipſa confirmat: quippe Sirenes non tantum pedes avium, ſed etiam omnia inferiora pennis conſita habuiſſe finguntur: Appoſite Bochartus ibid. *ſuperiora ſunt Virginum, inferiora* τῶν ϛρυθῶν, *paſſerum, vel ſtruthionum, non piſcium, ut vulgus putat.* Et Ovidius ibid.

Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis, facilesque Deos habuiſtis, & artus
Vidiſtis veſtros ſubitis flaveſcere pennis.

Ergo cum unaquaeque Siren a cinctura ad pedes plumis amicta fuerit, congruenter nimis hic ab Lycophrone, ejusque interpretibus dicitur ορνιθοπαις *ſemiavis puella*, ſecus vero *Gallinipes*: eſſe enim *ſemiavem* ad nullam avium ſpeciem reſtringi valet, niſi prius pennarum illius, qui *ſemiavis* eſt, figura & color dignoſcatur. Haec animadvertere volui, ne Martorellio doctiſſimorum virorum interpretamentis ſaepe contradicenti, tam cito credas. Tandem juſte queritur Martorellius ibidem: *quare faceſſant, qui eas* (Sirenas) *deſinere in piſces ſcripſere, & caſtigandi tandem noſtrates pictores & ſcalptores, qui caudatam piſcium inſtar Parthenopen ubique effingunt*. Verum id binis verbis, ut ſupra vides, notaverant jam Bochartus, Antonius Auguſtinus, ceteri.

Alterum quod animadvertendum ſupereſt breviter expediam. Contendit Martorellius ibid. ut ſuperne reſcripſimus, verbum latiale *areo*, non ſecus ac Ἄρης natales habuiſſe ἀπὸ τȣ̃ α ϛερητικȣ̃, & ῥέω: *areſcunt enim* inquit, *omnia, aquis minime defluentibus*, & riſum ſubdit movere Perrottum id aliunde repetentem. Verum, ut candide ſcribam, an riſum magis moveat Cl. Perrottus, quam Martorellius, anceps diu haeſitavi. Iſthaec ſane, ne per tranſennam quidem illeviſſet Martorellius, ſi ei magni Mazzochii, qui veluti ſol omnia perluſtrat, & obſcura quaeque irradiat, lumen affulſiſſet. Is in Spicileg. tom. 11. pag. 54. n. 34. haec de *Ara*, quae Perrottianum etymon magnopere firmant, enotavit:

He-

Hebraeis & Chaldaeis ur, *ubi verbum eſt*, lucere *ſignificat (quod aris peculiare) ſi ſit vero nomen*, *non tantum lucem*, *ſed* & FOCUM *notat*, *qui tritum eſt arae ſynonymum*. *Hinc & verbum* Uro *apud latinos eſt*, *quia focus urit*. *Et hinc* Arae (*quae & focus dicitur*) *vox*, *modo* V in A *vertatur: id quod Chaldaeis in defectivis ſecunda eſt uſitatiſſimum*. *Itaque quod* Aram *pro* Ora *aut pro* Ura *dixerimus*, *hoc Chaldaeis debemus*, O in A *ſaepe mutantibus*. Jure igitur merito Perrottus latinorum *areo* ab *ara* deduxit. Si autem & id etymon adhuc non arridet, aliud fortaſſe Martorelliano veroſimilius in medium adducam. Scitiſſimum eſt univerſa loca *arida* & herbis plantisque nudata *Arar* aut *Aröer* Hebraeis fuiſſe dicta. Hinc Jer. XVII. *6.* illud ſicut *Arar deſerti* haud ſignificat *myricam ſolitudinis*, ſed locum in deſerto ſtirpibus deſtitutum. Et Jerem. LXVIII. *6.* illud, *ſicut Aröer in deſerto*, non aliud quam dixi, eſt, nim. deſerti *glabretum*: nam loca virgultis nuda latini *glabreta*, Graeci φαλάκρας, i. e. *calvitia* nuncupabant. Adi ad Mazzochii Diſſert. *De Aröer Biblico* cujus verbis hic uſus ſum. Et quamvis τὸ *Arar* Maldonatus, Eſtius, Emmanuel Sa, Malvenda, Menochius, Tirinus, Gordonius, a Lapide, aliique verterint *myricam*, univerſi tamen dicunt *myricam* ex eo dictam quia in *aridis* locis enaſcitur. Maldonatus. *Myrica notum eſt arbuſtum*, *quod nonniſi in* aridiſſimis *locis naſcitur*, *& nullum* fructum profert, *ſignificat ergo eum*, *qui in homine confidit futurum infructiferum*, *& aridum*, *ideſt nullum bonum ſucceſſum habiturum*. Menochius: *Myrica*, *ſive tamarix* (*quo etiam nomine appellatur ab Italis*) *notum eſt arbuſtum quod non niſi in* aridiſſimis locis naſcitur, cet. Hinc quidam apud Malvendam legunt: *erit ſimilis nudatiſſimae arbori*, quaſi dicat. Erit ſiccus, ſterilis, aridus, infructuoſus, inutilis, nullum bonum ſucceſſum habebit, ut arbor nudata, & deſtituta floribus, fructibus, foliis, & omni humore & ſucco nativo, & extrinſeco in locis aridis & ſquallentibus plantata. A Lapide: *Haec dicitur maledicta*, *& ut ait Plinius infelix*, *& religione damnata*, *quia ſterilis eſt nec fert fructum*, *& in ſolitudine ſola naſcitur*, *vilis*, *depreſſa*, *abjecta* cet. Hinc Virgil. ecl. 4.

Non omnes arbuſta juvant, *humileſque myricae*

Cui

Cui adnotat Mancinellus: *vulgus infelicem eam arborem appellat quoniam nihil ferat, nec ſeritur unquam.* Haec quoque ſunt Plinii verba. Si igitur myrica ex eo, quod in *arido* naſcatur, *Arber* dicitur, inde *αμισος* profluit latiale verbum *areo*.

Age vero perpendamus quanti ſint faciendae ceterae Martorellianae congruentiae, queis confirmare credidit vir doctiſs. recentiſſimum Sebethi etymon, Sebethumque etiam ex vi nominis fuiſſe undarum indigentiſſimum amniculum: *Hinc*, proſequitur De Calam. tom.II. pag.691. *Joſeph de Bello Jud. pag.* 411. *finxit Sabatum fluvium prope Arcaeam in Phaenice adeo tenuem, ut ſeptimo quoque die exareſceret.* Eadem obtrudit pag. 224. (*Napoli abitat.* ec.) *A me piace riveder la Paleſtina, ove Giuſeppe Ebreo ci dà eziandio un fiume* Sabatus *così povero d'acque, che ogni ſettimo giorno inaridiva, ma tali portenti non ſono coſe rare in queſto ſcrittore*, ec. Sed haec tam libero & reſoluto calamo ſcriptitaſſe accuratiſſimum Martorell. ad ſtuporem usque demiratus ſum. Quippe quia Joſeph tradidit Sabbaticum fluvium ſeptimo die non exareſcere, quin potius fluere. Secundo ſcripſit hunc fluvium non eſſe tenuem, imo immodica aquarum copia ex Libano in mediterraneum ſe infundere. Tertio non leniter, ſed ſtrepitoſo murmure influere. Denique non eſſe dictum *Sabbaticum* a fluxionis lenitate & quiete, ſed quia in Sabbati die confluebat ceteris hebdomadae diebus exareſcens. Quae quatuor non advertiſſe, aut ſiluiſſe doctiſs. Martorellium neſcio unde ſit factum. Joſephum, ex cujus graeco textu, omnia quae diximus prono alveo fluunt, audiamus: ſic occipit: *θεᾶται κατα την πορείαν ποταμȣ̃ φύσιν ἀξιαν, ιςορηθῆναι. ρεῖ μεν ραρμεσος Αρχαίας τῆς Αγρίππα Βασιλέιας, καὶ Ραφαναιας, ἔχει δὲ θαυμαςὴν ιδιοτήτα. Πολυς γαρ ων ὃτε ρέι καὶ κατα την φοραν ȣ χολαῖος, ἔπειτα δὲ πᾶς εκ τõν πῶγῶν ἐπιλέιπων ἐξ ημερῶν ἀριθμὸν ξηρὲν παραδίδοσιν ὁρᾶν τον τοπον ειθ᾽ ὤπερ ȣ̓δεμιᾶς γενομενης μεταβολης ὂμοιος κατα την Εβδομεν εκδιδωσι, καὶ ταυτην αει τὴν τάξιν ἀκριβῶς τετηρηκαι αψιαφυλαττων. ὂθεν δη καὶ σαββατικὸν αυτὸν κεκληκασιν αποτης ἱερᾶς τῶν ιȣδαιῶν ἑβδόμης ȣτως ὀνομασαντες.* Conſpicit (*Titius*) *in itinere fluvium cujus natura digna eſt, quae memoretur. Labitur is medius quidem inter Arcaeam* (ſive Archas) *regni Agrippae urbem, & Raphanaeas:*

naeas: mirabilem autem proprietatem habet: nam cum ſit copioſus (nota I.) *quando fluit, nec lapſu ſegnis* (nota II.) Caſaubonus & Cuperus ſic vertunt: *nam cum ſit magnus quando fluit, feraturque impetu* NON LENI *: poſtea vero totus a fontibus deficiens per ſex dierum ſpatium ſiccum alveum oculis ſpectantium praebet. Deinde ac ſi nullam mutationem paſſus fuerit die ſeptimo ſibi ſimilis* (nota III.) *fluit. Atque hunc ordinem exacte ſemper ab eo ſervari obſervatum eſt: unde Sabbaticum eum appellarunt a ſacra apud Judaeos* (nota IV.) *ſeptima die.*

Non me quidem latet Caſaubonum, Fullerum, alioſque apud Cunaeum lib. 2. de Rep. Hebr. cap. 2211. & Colomeſium in Opuſc. XXV. & Gaalminum in not. ad Mich. cet. Joſephi textum male turbaſſe & contorſiſſe, ſed monſtroſam eſſe eorum verſionem norunt ii, quorum pectus τῷ πρέποντι incoctum eſt. Quippe ad ſuae infideliſſimae verſionis praeſidium nil niſi miſeram futilemque rationem obtrudunt falſiſſima ſuppoſitione niſam, nim. Rabbini, ajunt Joſepho adverſantur, qui ſeptimo die flumen quieſcere contendunt. Verum haec pro nihilo reputamus, qui Rabbinorum fabuloſum *Sabbathium* diſtinguimus ab Joſephi Sabbatico. Opponunt rurſus Plinium lib. 31. 2. contrarium ſcripſiſſe. Reſpondeo, Plinium hac in re vel dormitaſſe, ut autumat quidem Baronius an. 33. XXXVII. vel de alio quodam rivulo ſermonem feciſſe. Ecquidem Joſeph loquitur de fluvio in Syria, Plinius vero de rivo in Judaea. Adde in Oriente infiniti cujuſcumque generis fontes & rivuli: jure igitur conjectamur Plinium de horum aliquo mentionem feciſſe. Baronium ſequitur Cornelius a Lapide Joan. cap. 9. 294. Caſaubonum ſectatus eſt Calmet in Diction. ſed neſcio quanam ratione. Objicit: *porro fluvio Sabbatico religioſa deeſſet requies ſi ea die tantum flueret: ut rite Sabbatum obſervaret ceſſandum illi erat a curſu.* Reſpondeo. Joſeph nullam Religioſam requiem dat Sabbatico, ſed ſimpliciter ejus mira phoenomena tradit. Scio, cur haec objectaverit Calmet, quia nempe cum Buxtorfio, aliisque, ut vidimus, Sabbaticum & Sabbathium, aliud. Rabbinorum in Oriente commentitium flumen, ſimul confundit, ſed id gratis aſſeruit. Hactenus dicta confirmant Olſtenius, & Anonymus quidam

dam apud Leonem Allatium in lib. cui titulus Σύμμικτα. Olſtenius: *Porro ex iis quae dicta ſunt manifeſte apparet, quicquid Judaei de Sabbathio fluvio extra Phoenicen quaerendo ſcribunt mera eſſe ſomnia, & putidiſſimas nugas. Nam ut Plinium taceam qui auctoribus Joſepho antiquioribus hac in re uſus eſt, ipſius ſane Joſephi tanta eſt hac in re auctoritas, ut unus is, quotquot ſunt fueruntque Judaei longe antecedat. Fluit autem* (Sabbaticus) *ſi Geographorum tabulis credimus inter Arcas* cet. Anonymus: *Prioris* (Sabbatici) *Joſephus meminit, & ex eo, uti vides Plinius & alii. Situm Joſephus clare deſignat cujus veſtigia ſequitur Adricomius, quamquam fieri poſſit ut errarit in tanta rivorum e Libano decurrentium multitudine; & noſti quam anceps ſit antiquitatum ejuſmodi cum recentioribus comparatio. Defeciſſe autem ſive ipſum fluvium, ſeu potius miraculum illud jam ante multa ſaecula, & fortaſſe ſtatim poſt exciſam Hieroſolymam, id indicio eſt, quod nemo poſteriorum, ac ne recentiorum quidem ejus tamquam ſibi viſi, meminerit. Alter* (Sabbathius) *eſt Rabbinorum & ſequioris aevi fabuloſus, quem ad imaginarium illud decem tribuum in Scythia imperium retulerunt, & circa mare Caſpium collocarunt*, cet. Duplex igitur diſtinguendum flumen eſt. Primum quod ſingulis Sabbathis fluere ſcripſit Joſeph: alterum quod in ſingulis Sabbathis exareſcere fabulantur Judaei, quodque numquam extitiſſe norunt omnes. Faceſſant igitur, quae ad nauſeam uſque inſignis mendaciorum & ineptiarum fictor Eldad Danita congerit, qui quatuor Iſräelitarum tribus in Aethyopia locat, Sabbathio fl. ſeptas, & omnibus copiis circumfluentes; reliquas ſex in Aſia ſuis legibus utentes exiſtere fabulatur. Putidae quoque fabulae ſunt quae ſcriptitarunt Simeon R. in Jalcut, & Bereſith Rabba, & Thalmud in lib. Sanhedrim 13.41. & ſeq. Profligatam hanc de Sabbathio fl. fabulam, niſi vehementiſſime fallor, eruerunt Judaei ex lib. IV. Esdrae cap. XII. *Et tranſtulit eos trans flumen, & tranſlati ſunt in terram aliam. Ipſi autem ſibi dederunt conſilium hoc, ut derelinquerent multitudinem gentium, & proficiſcerentur in ulteriorem regionem, ubi nunquam inhabitavit genus humanum, vel ibi obſervare legitima ſua, quae non fue-*

tant ſervantes in regione ſua. Per introitus autem anguſtos fluminis Euphratem introierunt. Fecit enim eis tunc Altiſſimus ſigna, & ſtatuit (h. e. ſtitit) *venas fluminis uſquequo tranſirent. Per eam enim regionem erat via multi itineris, anni unius & dimidii, nam regio illa vocatur Arſareth. Tunc inabitaverunt ibi uſque in noviſſimo tempore, & nunc iterum cum coeperint venire, iterum ſtatuet Altiſſimus venas fluminis, ut poſſint tranſire, propter haec vidiſti multitudinem in pace*, cet. Antiquiſſimam, ergo originem ſeu occaſionem habuerunt Judaeorum effugia, queis neſcio quod regnum judaicum florentiſſimum alii in remotiſſimis Aſiae partibus inacceſſis, alii alibi, ut videmus, commenti ſunt. Jure igitur Mazzochius in Differt. VIII. *De Jacobeis de Meſſia vaticiniis*, aſſerit contra Sam. Basnagium, omnem retro antiquitatem, ante & poſt Chriſtum, vi Jacobei oraculi convictam finem Sceptri Judaici cum Chriſti in terris praeſentia connexuiſſe. Haec cum ita ſe habeant ecquis ferat F. Jacob. Hyacinthum Serry in Exercit. de Chriſto, cet. pag. 97. qui confidentia ſumma Sabbaticum cum commentitio Judaeorum flumine Sabbathio confudit? Nota eſt nimia hujus viri in ſcribendo licentia, in eo tamen laudandus, quod an Sabbaticus ſex diebus exaruerit, an defluxerit in medium reliquit. Nulla igitur nos ratio cogit, ut Sabbaticum contra Joſephi textum ſexta die exareſcere cum Martorellio, ceteriſque dicamus. Hinc Sabbatico ſimillimum eſſe fontem Siloachum adverterunt univerſi. De quo Hieronym. Iſai. VIII. *Siloam autem fontem eſſe, qui non jugibus aquis, ſed incertis horis, diebuſque ebbulliat*. Eadem profert Marcus Morinus in Arca Nöe, Willermus Tyrius lib. VIII. Bell. ſacr. cap. IV. *Fons nec perpetuas habet aquas: interpolatum enim habens curſum:* Brocardus, *a quo* (Silöe) *per aquaeductum derivatur in piſcinam ſuperiorem, non ſemper, ſed quando inundat aquis*. Silöe igitur incertis horis, & diebus fluitabat, ſed eum fluitaſſe in Sabbato de fide eſt: etenim Chriſtus caecum ad oculos in Silöe lavandos in die Sabbati miſiſſe videtur. Hinc S. Irenaeus lib. 4. cap. 19. *Siloa*, inquit, *ſaepe Sabbatis curavit, & propter hoc aſſidebant ei multi die Sabbatorum*. Demiror Calmetum cujuſcumque eruditionis

col-

colleḷtorem inter cetera, quae de Siloacho protulit miracula, nil adnotaſſe de ejus interpolata fluxione.

Praeterea neque manus ſtatim Martorellio dandae ſunt ajenti Joſephum *Sabbaticum* finxiſſe, eo quod *tali portenti non ſono coſe rare in queſto Scrittore*. Nolo hic Flavii Joſephi, Hebraeorum eloquentiſſimi, qui nunc γνησιώτατος ab Martorellio tamquam fabularum compilator traducitur, dignitatem tueri. Sola ratione agendum eſt. Forſitan & id genus fluvii ἀδύνατοι ſunt? Nequaquam minimi: imo & plures extitiſſe conſtat ex hiſtoria naturali. Videſis Lucantonium Portium de motu corporum pag. 102. & Gaſſendum Phyſic. III. lib. 1. cap. 3. Hinc Corſinium phyſic. tom. III. pag. 577. mira id generis fontium, fluminumque phoenomena referentem, & explicantem audire praeſtat: *Ad Nili naturam proxime accedit fluvius ille Novanus, qui in agro Pitinate trans Appenninum omnibus ſolſtitiis torrens, bruma ſiccatur, & alter fons, qui in Pireneis, qui ſingulis horis per tres continuos menſes a Majo, vel Junio, vel Julio auſpicatos fluxum interrumpit: quemadmodum etiam Colli-Martienſis in Provincia fluviolus admodum exilis octies in hora fluere ac refluere, inaequalibus tamen inter utrumque fluxum intervallis, coſpicitur.*

Novanus itaque fluvius ex illa Appenini parte facile oriri poterit, in qua nives, nonniſi vehementiori calore ſolis ſolvi, liquarique poſſunt; adeoque aeſtate ſolum non hieme fluere coſpicitur. Qui vero aut ex Pireneis montibus, aut ex Colle-Martio toties interrupta periodo excurrit, fortaſſe impeditur a vento quodam in ipſis montium viſceribus contra orificium illud ſpirante ex quo paullatim aqua defluere debet, donec mediocris aquae copia ſenſim collecta vi propriae gravitatis venti reſiſtentiam ſuperet, ac per aperta montis latera tota dilabatur. Fieri etiam poteſt, ut aqua fontis illius paullatim ex guttulis una concreſcentibus efformetur, adeoque, dum illae ſenſim uniuntur fons fluere deſinat; incipiat vero libere dilabi, cum mediocris illarum copia formata fuerit. Unde Agricola de natura eorum, quae ex terra fluunt lib. 3. pag. 114. *Quidam ad aliquod tempus ceſſant, deinde rurſus fluunt, ut Symethus in Sicilia, & amnis qui medius inter Arcaeam, & Raphanaeas Syriae, urbes, curſum*

tenet, modo pleno deſertur alveo, repente deficit & ſex diebus continovis ſiccum tranſitum praebet alveum. Eadem habet Ortellius, aliique. Porro Joſeph mirabiliora tradit de fonte Hieracuntino lib. 1. cap. 8. de Alphaltitico lacu ibid. cap. IX. & de mari Kinnerth lib. 3. cap. 30. & tamen ab doctiorum recutitorum collegio minime denegantur: igitur aeque hiſtoria Sabbatici veluti commentitia rejici nequit. Opponit Calmet ibid. Sabbaticum diverſiſſimae indolis eſſe ab ea qua ab Joſepho deſcribitur, Il eſt urai-que Dominique Magri dans ſon voyage qu' il fit en Syrie agè de dix-neuf ans, aſſùre qu'etant arrivè au bord du fleuue Sabbatique avec su Caravanne an jor de Vendredi 21. Juin au ſoir, il vit le fleuue ſe tarir mens le coucher du Sole il du Vendredì & de meuren à ſec juequ' au lendemain, que la Caravanne ètant partie, il n'eut pas le loiſir de voir si le Samedi au ſoir, lorſque le repos du Sabbat ſeroit paſsè le flevve recommenceroit à couler; le Voyageur cite les marchands dè sa Caravanne, & les payſans des environs du li eu pour timoins de ce qu'il avance; & il en infereque Joſeph s'eſt trompe lor ſqu'il a dit que ce fleuue ne couloit que le ſamedi puiſqu' au contraire il coule toute la ſemaine excepte le ſamedi. *Dominicus Magri quidem in Syriam iter habens 19. annorum Juvenis narrat veniſſe ſe cum comitibus ad ripam amnis Sabbatici veſpere dies Veneris 21. Junii; vidiſſe autem amnem ad ſolis occaſum ſubito areſcere; cum vero mane alterius diei ſibi e loco abeundum eſſet, inde factum ut prodigii exitum non oppariretur; probaturus ſcilicet, an priſtino curſu evoluto, Sabbatho flueret. In ejus rei teſtimonium itineris ſui ſocios, & incolas loci laudat; ex quo fidem Joſepho detrahendum deducit, cum tam longe abſit, ut amnis Sabbatho fluat nt potius areſcat.* Audio. Verum haec Sabbatici exiſtentiam contra Martorellium mirifice confirmant, quicquid hodiedum ſit de ejus periodico fluxu: nam longo temporum decurſu flumina fonteſque varias pati poſſe mutationes quis erit inficiaturus? Ovid. metamorphoſ. XV.

Hic fontes natura ſuos emiſit, & illhic
Clauſit: & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina proſiliunt, aut exſiccata reſidunt.

Ce-

Ceterum inconſideratam fuiſſe laudati juvenis obſervationem admonet ipſe Calmet ibid. *ſed optandum fuiſſet, ut Scriptor ille non unius tantum noctis, ſed plurium hebdomadarum obſervatum prodigium adeo mirum narraret; potuit enim ſubito quodam caſu accidere, ut amnis e montibus provolutus forte ad veſperam illius diei areſceret.* Verum haec ut ut ſint, ego quidem exſiſtimo Sabbaticum amplius non extare. Videſis ſupra quem laudavimus Anonymi locum: hinc Hyacinthus Serry ibid. *quamquam ut planius dicam, quod res eſt, nullus hujusmodi fluvius in Syria viſitur modo: quicquid olim, dum Syriae Civitates obiret Titus Imperator, hiſtoriamque Joſephus ſcriberet, rei fuerit.* Si autem quis Sabbaticum adhucdum fluere maluerit, ſed absque mira illa periodica fluxione, non abnuo.

Ceterum quicquid ſit de exiſtentia, & mirabili Sabbatici fluxione, certo certius eſt fabuloſum licet Sabbaticum I. non leniter fluxiſſe II. non fuiſſe aquarum pauperrimum III. non fuiſſe dictum Sabbaticum, quia quiete currebat, ſed quia in quietis, ſeu Sabbathi die vel fluitabat, vel exareſcebat. Quae tria in allato Joſephi textu pomeridiana luce clariora illuceſcunt, & vel a pueris advertuntur. Ergo fluvii Sebethi, Sabbatici, Sabati, ſeu Sambathii nomine inſigniti non ita dicuntur ob caritatem, & quietem aquarum, quod erat probandum. Inſuper ut haec vel acu tanguntur, animadverto. Rabbini quod finxerunt fl. Sambatium, ſeu Sabbathium non quidem leni, quieto, ac uniformi curſu fluere, ſed cum ſit aquarum tumidiſſimum ſtrepitoſo murmure ſe revolvere fabulantur, non ſecus ac Nilum, ex cujus jugi rumore & boatu ſtupidos ejus loci incolas reddi tradunt Hiſtorici. Sabbathium in hunc modum deſcribit Calmet ibid. Ils le meetent au-delà de l'Euphrate dans un Pays fore èloignè, où ils prètendent que les dix Tribus ſont encore toûtes entières & ſubſiſtantes. Elles y poſſedent de tres-grandes Etâts ex de grandes richeſſes. Le flevue done ils parlent, coule toute la ſemaine, auec une sì grande rapiditè, & fait un sì gran bruit, qu'on l'entel pendant la nuit a la longueùr d'une jurnèe. Il eſt sì large, sì profond', & sì tapine, qu'il eſt impoſſible de le paſſer: & le jour du Sabbat auquel il ne cou-

le poine, on met des gardes ſur ce flevus, e fin que les Isràe lites ne le paſſent point. *Hunc trans Euphratem in remotiſſima regione, in qua decem tribus florere adhuc agro, & divitiarum gloria jactitant, fluere perhibent. Proruit autem eo impetu, & murmure, ut ſonus noctu ad iter diei, diu vero ad iter mediae diei prorogetur. Amplior eſt, altior, atque rapidior, quam trajici poſſit: die vero Sabbathi, quo aquae prodigio ſtare cernuntur diſpoſitis ad ripam cuſtodibus tranſitus Israelitis prohibetur*. Adiſis Bartholoccium in Biblioth. Rabbinic. tom. I. pag. 100. Veniat nunc Martorellius, vir in Rep. litteraria haud infimae notae, & nobis adhuc obtrudat flumina, quae Sebethi, Sabbathii cet. nomine notantur, ex ipſamet vi nominis ingenitam preſeferre μικροτητα, *exiguitatem*, *rivulos* fuiſſe, *rorem*, *leniter* fluxiſſe, itaut *quieſcere* viderentur, cet. Vah fallaciſſimam, importunam, elumbemque ratiocinationem, ac tanto viro, quem & ego veneror ſuſpicioque, prorſus indignam.

Denique, ut inciſis argumentationibus decertem, concedam meo Martorellio, licet evidentiſſimorum monumentorum ac rationum ope contrarium ad ravim uſque demonſtraverim, concedam, inquam, Sebethum dictum eſſe a *quiete*, eo quod *leniſſime* defluebat. Videant univerſi quam liberaliter agam. Verumtamen quid inde? Forſitan ex fluviorum leni curſu eorum μικροτης, *parvitas* deducenda? minime gentium. Enim vero non uni ſunt fluvii, qui leni perquam & inſenſili labuntur fluxu, qui tamen immenſa aquarum copia trahi coſpiciuntur. Hinc Caeſar lib. I. cap. VIII. *Flumen eſt Arar quod per fines Aeduorum, & Sequanorum influit incredibili lenitate, itaut oculis, in utram partem fluat indicari non poſſit: id Helvetii ratibus, ac lintribus junctis tranſibant*, ideoque *ſegnis & cunctabundus amnis* ab Emenio, panegyrico Conſtantini cap. 18. dicitur. In hoc fluvio pontem faciendum curavit Caeſ. cap. IX. Hinc Silius III.

Auget opes ſtanti ſimilis, tacitoque liquore
Miſtus Arar. . & IX.
Quorum ſerpit Arar per rura pigerrimus undae.

Idem Silius cecinit de Ticino fl. Inſubriae navigabili, qui in Padum excipitur, & aquas ſuas perſpicuas ad

10. M.

10. M. P. immiſtas aquis Padi turbidis conſervat.

Ceruleas Ticinus aquas, & ſtagna vadoſo
Perſpicuas ſervat turbari neſcia fundo,
At nitidum viridi lente trahit amne liquorem
Vix credas labi, ripis tam mitis opacis
Argutos inter volucrum certamina cantus
Somniferam ducit lucenti gurgite lynpham.

Exinde ceciniſſe videtur Arioſtus cant. XIV. De Doralice & Mandricardo.

Indi d' uno in un' altro luogo errando
Si ritrovaro alfin ſopra un bel fiume,
Che con ſilenzio al mar va declinando,
E ſe vada ſe ſtia mal ſi preſume,
Limpido e chiaro sì, che in lui mirando
Senza conteſa al fondo porta lume.

Et Ovidius met. V. fab. 10. Arethuſam ſic de Alpheo fl. loquentem introducit.

Invenio ſine vortice aquas, ſine murmure euntes
Perſpicuas ad humum, per quas numerabilis alte
Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares.

Atque idem, ut ſexcenta praeteream, dici poteſt de noſtro Sarno. Adi ad Silium 8. Sannazarium in Salicib. Statium Silv. lib. 1. qui Savonem quoque *pigrum* vocat Silv. lib. p. 3. Forſitan ex Araris, Ticini, Alphaei, Sarni, Savonis, cet. lenitate deduci poteſt aquarum pauperies? Sed Martorellium iterum, atque tandem ſibimetipſi contradicentem audiamus ibid. pag. 224. *Che i fiumi piccioli s' appellaſſero dall' andar quieti e lenti, onde in parlar Fenicio ſi diſſero* Sabati, *ed in altro dialetto* Sebeti, *il confermano anche gli aggiunti, che i Poeti han dato loro, cioè ποταμοὶ πρηὺ ῥίοντες*, fluvii leniter fluentes, *e coſì ſi legge in Orfeo in Arg.*

Α'ύταρ ἐπει ποταμοῖο δία ςόμα πρηὺ ῥίοντος

lo ſteſſo dice Orazio del fiume Liris, *ora Garigliano, nel lib. I. od.* 31. non rura, quae Liris quieta mordet aqua taciturnus amnis, *quaſi ſpiegandoci con due epiteti la proprietà de' piccoli fiumi; de' qnali aggiunti Oraziani Silio nel lib. 4. s'avvale anche parlando del Liri.*

... *Qui*

. . . Qui fonte quieto
Diſſimulat curſum, ac nullo mutabilis imbri
Perſtringit tacitus gemmanti gurgite ripas

E ripete lo ſteſſo nel libro 8. *dicendo, che va* tacitis undis ad *Litora*. Atqui ſi verum amamus, hiſce verbis, aut Martorellium ſibi refragari, aut quidnam ſibi voluerit nos aeque neſcire dicendum eſt. Sed ut hiſce triciis me extricem, percontor. Iſthaec epitheta *πρηύ ῥέοντες*, *taciturnus*, *quietus*, cet. eccuine dantur, flumini an rivulo? Si flumini: ergo non ſibi conſtat Martorellius: alibi enim ex fluviorum taciturnitate, & quiete eorum *μικροτητα parvitatem* deduxit. Si rivulo: verum eccur Orpheus in cit. verſu non loquitur de *νάματι*, *rivo*, ſed de *ποταμῷ fluvio*? Rurſus, eccur Horatius, & Silius eadem epitheta dederunt Liri non rivulo, ſed aquarum pleniſſimo fluvio?

Poſt haec ſcripta animadverti in Indice Martorell. haec haberi: *Liris, piccolo fiume, ora detto Garigliano, quali aggiunti abbia preſſo Orazio*, e *Silio*, adeoque nunc Martorellii mentem aſſecutus ſum; ſcilicet exiſtimavit *ποταμον* Orphei, & Lirim rivulos eſſe, & aquarum indigentiſſimos, non ſecus ac Sebethus. Verum ipſemet Martorellius inter *ποταμον*, & *ναμα*, *fluvium*, & *rivum*, magnum diſcrimen millies advertit. Deinde Lirim rivulum eſſe, non ſecus ac Sebethum, iis ſuadere poteſt Martorellius, qui oculorum lumine plane deſtituti ſunt. Igitur, ut res meliori criterio digerantur, dicamus oportet & Orpheum, & Horatium, & Silium noſtram potius confirmare ſententiam, ſcilicet etiam aquarum plena flumina leniter aliquando fluitaſſe, ac proinde nullum, aut importunum eſſe Martorellii argumentum, quo ex Sebethicarum aquarum lenitate Sebethi paupertatem deduxit.

Pro corondis loco haud importunam animadverſionem appono. Si, ut contendit Martorellius, leniſſimi, & aquarum indigentiſſimi fluvii, *Sabati*, dicti ſunt: eccurnam innumerabiles ſunt fontes & fluvii in intimiori Paleſtina, qui perquam leniter ante ipſorum Hebraeorum oculos curſitarunt, curſitantque, & tamen *Sebethi* nomen minime praeſeferunt. V. g. *Siloah*, de cujus

ſitu

ſitu adiſis Lamium Harm. Evang. tom. 11. amniculus erat quietus, taciturnus, leniſſimus, de quo Torquatus cant. XIII. 59.

E'l picciol Siloè, che puro e mondo
Offria corteſe a' Franchi il ſuo teſoro,
Or di tepide linfe a pena il fondo
Arido copre, e dà ſcarſo riſtoro.

hinc teſtante ſcriptura, non ſemel Judae regnum ſignificavit, quod etſi exiguum erat, ſumma tamen pace quieſcebat: ſignificavit quoque Servatorem, qui lenis, & manſuetus futurus erat: & hinc non uni *Fontem Draconis* apud Nehem. cap. 2. 13. *Siloachum* eſſe rati ſunt, atque ita dictum ab leniſſimo, & ſerpente aquarum fluore: eccur ergo Siloachum Judaei non appellitarunt *Sabatum*, *Sebethum*, cet. cum id genus rivulos, juxta Martorellium, tali nomine appellitare conſueverint?

CAPUT SEPTIMUM.

DE SEBETHI DECREMENTO.

Everſis jam, penituſque contritis, ut quidem arbitror, argumentis, queis vulgarem de antiqua Sebethi magnitudine ſententiam impetere conatus eſt Martorellius, ſermonem ad alia convertamus, quae majori otio, atque criterio diſcutienda ſunt. Jam illud in primis ſe ſe quaerendum offert, quam ob rem Sebethus antiquo aevo pleniſſima undarum copia fluitans in ſequiori aetate ſenſim ſine ſenſu decreverit, ac humilem in rivum evaſerit? Sane id non unam ob cauſſam eveniſſe me longe demonſtraturum ſpondeo. Conſueto prolixiorem me praevideo futurum, ſed diſputationis ubertas, amoena rerum varietate penſabitur. Ut vero nitido procedam ordine, plurima veluti certa praemitto.

I. Veſuvium antiquiſſimum eſſe, qualiſcumque montium origo eligatur, non eſt inficiandum: ridicula igitur eſt plurium apud Camillum Peregrinum opinio blataren-

terantium, locum, ubi nunc adcubat Veſuvius, aequatiſſimam olim planiciem fuiſſe, quae deinde paullatim intumuit, eructante tellure, ac aſſurrexerit in tumuli ſpeciem, non ſecus ac in aequato agro Puteolano an. 1528. mons unius milliarii altitudine ex cineribus eructatisque pumicibus coaluit: ridicula, inquam, eſt: Quippe Veſuvii immenſa moles, altitudo, ejus ſtrata praeſertim, quae quidem varia ſunt, ac naturali ordine diſpoſita, ſatis oſtendunt montis ejus mundo ſupparem antiquitatem.

II. Incendia vero Veſuvii ipſius montis formationi poſteriora fuiſſe, nemo eſt, qui ambigat: etenim futile eſt exiſtimare ſubterraneum ignem actualem eſſe, & a Deo in telluris centro creatum & incluſum, quique fluminis inſtar in Veſuvii fundum exoneretur, ceterarumque Vulcaniarum flammarum origo ſit. Theſin hanc ſelectiſſimis rationibus firmarunt jam Corſinius Phyſ. part. tom. III. 489. & P. D. Jo. M. de Turre (*Storia del Veſuvio pag.* 104.) Non ſum neſcius inter alios, qui Ariſtotelem hac in re ſecuntur, F. Joſephum A. Ferrarium de Modoetia phyſic. tom. III. pag. 158. contrariam inculcare ſententiam. Duplex is argumentum objectat. Primo, plurimus, inquit, in terrae viſceribus calor reperitur: porro non alia eſt connaturalior caloris illius cauſſa, quam ſi ſubterraneos ignes admittamus. Deinde: *non ex ſolo calore*, proſequitur, *ignium ſubterraneorum exiſtentiam demonſtramus, verum etiam ex aliis effectis, quae egre admodum expendi poſſunt, niſi ignes illi admittantur. Montes enim ignivomos reperiri, nemo inficiari poteſt, qui ignem, fumum, & cineres emittunt.... Porro hujusmodi ignes tunc ſolum accendi cum emittuntur, dicunt quidem plurimi recentiores; ſed unde quaeſo, id ipſum quod gratis aſſerunt ratione adjuncta demonſtrant.* Verum haec ejus Phyſici momenta vel pluma leviora ſunt. Quomodo enim evincet hujusmodi calorem, & ignem in montibus & quibusdam terrae inanitatibus jugem, ſeu ſemper actualem fuiſſe, neutiquam vero, ut nos objectamus, ex celeri rapido, perturbato, vel inteſtino corporum infammabilium motu paullatim conceptum, ac exortum? Appoſite ſatis Corſinius ibid. *montes ignivomi, Thermae, vel loca calida oſtendunt quidem*

quod

quod aliquis calor in terra reperiatur, atque ignem etiam aliquando concipiat, & foras erumpat; non tamen quod ille calor ſemper in terrae viſceribus ardeat.

III. Neque Veſuvius, aliique montes ignem evomentes, qui ad quadrigentos, & quingentos enumerantur in telluris ſuperficie hinc, atque inde interſperſi, oſtiola quaedam ſunt, unde gehennales flammae erumpunt, ut crediderunt primi Eccleſiae fideles. Mazzochius Kal. pag. 392. Veſuvianos ignes ab *eximiis*, ſeu *primariis* primi ſaeculi Chriſtianis a Gehennae promtuariis fuiſſe repetitos ex edito Geraſimi fragmento oſtendit. Eadem tunc de Veſuvio ſenſiſſe S. Patricium, Tertullianum, S. Philippum Heracleotam, S. Pacianum, S. Pionium, & S. Gregorium Magnum interpretatus eſt. Hinc patet quam longe a veritate aberrant, quae F. Vincentius Patuzzius illevit pag. 7. *de ſede Inferni: haud abnuo quidem ita crediᴅiſſe, aut credere potuiſſe rudiores aliquot de vulgo Chriſtianos, quemadmodum, & nunc minime deſunt, qui ita credunt. Verum quoad Patres, & ſapientes attinet nullus in ea opinione verſatus eſt*. Huic igitur viro nil nota fuerunt quae Mazzochius in lucem protulit monimenta. Eandem ſententiam docuiſſe alios Patres tradit Reſta lib. 1. met. cap. 3. & 4. Legeſis quod Petrus Damianus in ep. 5. c. 13. 14. narrat memoratu dignum, quod ſe accepiſſe teſtatur a Deſiderio Caſſinenſi Abate, qui fuit poſtea R. Pontifex, Urbanus II. Vulgarem hanc Patrum opinionem hunc in modum jugulat Baronius ad an. 983. quem non legiſſe Patuzzium mecum quisque mirabitur: *licet autem pöeticae magis, quam theologicae credita ſunt ejusmodi ora terrae evomentia jugiter flammarum eſſe inferni portas, & quod idem ignis ſit ille inferni peccantibus praeparatus, atque id ſcripſiſſe reperiantur* Theologi non vulgares; *tamen certum, iſta potius ſimilitudinem gerere illius gehennae* cet. Quod vero obſoletam hanc ſententiam falſam eſſe demonſtrat id plane eſt. Scilicet Tartareus Carcer ad perexiguum admodum ſpatium ab Theologis, & Mathematicis contrahitur. Drexelius, Valentia, Leſſius, illum ad unius milliarii germanici quadrati, ſive cubici ſpatium extendunt. Munſterus ad duo vel tria milliaria itidem germanica. Ribera, & Cornelius a Lapide ad milliaria

liaria germanica 50. ſive Italica 200. Omnes haſce hypotheſes juxta calculum geometricum verificari poſſe nitide probavit Patuzzius ibid. cap. VIII. Ergo Gehennae ſpatium perexiguum eſt, ſi cum terrae diametro conferatur, quae juxta Recentiorum obſervationes ſeptem circiter conſtat mille milliaribus Italicis. Haec cum ita ſint nemo non videt ignem inferni magna plurium milliarium intercapedine ab terre ſuperficie ſejunctum, & clauſtris ſolidiſſimis circumſeptum eſſe. Vulcanorum autem ignes vix milliare unum ab telluris ſuperficie diſtant. Quomodo vero Gehennalis ignis in remotiſſimo terrae receſſu, ejusque immenſa ſoliditate circumcinctus ſine ulla rima vel aditu, ſive absque äeris effuſione excitetur, foveatur, & conſervetur fuſe, & ſolide explicat Patuzzius ibid. cap. VI. quem, ne acta agam, reviſas. F. J. A. Ferrarius, qui Recentiorum Phyſicen inficete nimis profligavit, & neſcio in quot pueriles ivit ſententias, Phyſic. tom. III. pag. 161. contra quae diximus illud Deuteronomii objectat locum 32. 22. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſque ad inferna. . . . & montium fundamenta comburet:* Verum hæc ita exponit a Lapide: *ultio irae, & indignationis meae in eos parata eſt, & exardeſcet inſtar ignis, adeo ut ad inferni noviſſima pertingat: eſt metaphora & hyperbole ... ſcilicet ut ima & profundiſſima terrae & montium loca conſumat, & in ſterilitatem vertat*, cet. Et Malvenda: *quaſi dicat: etiam profunda & infima terrae loca vertam in ſterilitatem*. Huic conſonat Menochius. Non me quidem latet Procop. Rup. Rab. & Gregorium 18. Mor. 12. per ignem hunc accipere ignem inferni: verum hi allegorice interpretantur, adeoque non urgendi.

IV. Si igitur Veſuvius extitit ab ipſis mundi cunabulis, ſi ejus ignes non ſemper fuerunt *actuales*, neque *tartarei*; prono alveo ſequitur hunc montem non ſemper arſiſſe, & fluxiſſe jam tempus in quo Veſuvius arboreis tantum comis, laetisque herbarum thoris circumcingebatur. Siquidem *nitrum*, *ſulfur*, *alumen*, *oleum*, *bitumen*, & alia id genus corpora, quae *inflammabilia*, & *combuſtibilia* dicuntur non ſemper promta, & parata fuerunt in Veſuvii cavernis, & in aperto, ſed in ipſius montis ſiliceis viſceribus interclusa diu latitarunt, quae-

que

que deinde, ut expoſuit P. De Turre, Phyſicorum lumen, per *ebullitionem*, *putrefactionem*, *fermentationem*, & *effervescentiam* agitata, in ignem tandem ſe converterunt. Quonam autem Mundi tempore Veſuvius *effervescentiam* producere coeperit, infra diſcutiemus.

V. Quae huc usque de Veſuvio diximus, & de ceteris Vulcanis dicenda ſunt. Hinc ſiculam Aetnam non ſemper arſiſſe Phyſici vetuſtiores tradiderunt. Ovid. met. 15. 340. Aetnam in ignem aliquando verti caepiſſe cantat, cum antea riguiſſet.

Nec quae ſulfureis ardet fornacibus Aetna
Ignea ſemper erit; neque enim fuit ignea ſemper, cet.

adeoque Aetnam non eadem vi Gaecorum, & Romanorum temporibus ignem eructaſſe arbitror, cum Pindarus in Pythiis Epod. 1. ſpec. 1. cecinerit quod res erat, quodque oculis videbatur, interdiu fumare Aetnam, noctu fummigare

πᾶς. ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἀγρόταδε
ἐκ μυχῶν παγαί ποταμοὶ
δ' ἀμέραισι μὲν προχέον ῥόον καπνοῦ
αἴθων' ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ
κεῖνο δ' ἀφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὴ
δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει, τέρας μὲν θαυμάσιον καὶ ἰδέ-
σθαι, θαῦμα δὲ καὶ παριόν-
των ἀκοῦσαι.

A qua ſane eructantur inacceſſi ignis puriſſimi
ex imis fontes. Flumina (fumi
vero interdiu quidem inundant fluctu
ferventem. At per noctes punicea
proglomerata flamma ad profundum ponti ferunt ſolum, cum ſtrepitu
illa Vulcani fluenta ſerpentis
ſaeviſſima emittit,
monſtrum profecto tum viſu, tum auditu
mirabile.

Virgilius vero Aen. III. Atnae ruinas & incendia, quae ſuo aevo mirabantur univerſi, deſcripturus magno ſtrepitu ſonituque verborum utitur

Portus ab acceſſu ventorum immotus, & ingens
Ipſe, ſed horrificis juxta tonat Aetna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem
Turbine fumantem piceo, & candente favilla
Attollitque globos flammarum, & ſidera lambit.

In-

Interdum ſcopulos, avulſaque viſcera montis
Erigit eructans, liquefactaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exaeſtuat imo

Ex his liquet Phavorinum Philoſophum apud Gellium 17. 10. inaniter fabulari edicentem Virgilium, qui in deſcribenda flagrantia Aetnae Pindarum ſecutus eſt, ipſo Pindaro, qui nimis opima pinguique eſſe facundia exiſtimatus eſt, inſolentiorem hoc quidem in loco tumidioremque eſſe. Virgilius itaque Pindaricam Aetnae deſcriptionem auxit ex eo quod Romanorum temporibus Aetna majori ſtrepitu ignem eructabat, ut Georgic. I.

. . . . . *quoties Cyclopum effervere in agros*
Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,
Flammarumque globos, liquefactaque volvere ſaxa.

& ut narrat Livius tanta flamma ante mortem Caeſaris ex monte Aetna defluxit, ut non tantum vicinae urbes, ſed etiam Rhegina civitas, quae multo ſpatio diſtat afflaretur. Et Lucretius lib. VI.

Nunc ratio quae ſit, per fauces montis ut Aetnae
Expirent ignes interdum turbine tanto,
Expediam, neque enim media de clade coorta
Flammae tempeſtas Siculum dominata per agros
Finitimis ad ſe convertit gentibus ora,
Fumida cum caeli ſcintillare omnia templa
Cernentes pavida complebant pectora cura,
Quid moliretur rerum natura novarum. . . .
Nunc tamen illa modis quibus irritata repente
Flamma foras vaſtis Aetnae fornacibus efflet,
Expediam. Primum totis ſubcava montis
Eſt natura, fere ſilicum ſuffulta cavernis.
Omnibus eſt porro in ſpeluncis ventus & äer.
Ventus enim fit, ubi eſt agitando percitus äer.
Hic ubi portabit, calefecitque omnia circum
Saxa furens, qua contingit; terramque, & ab ollis
Excuſſit calidum flammis velocibus ignem
Tollit ſe, ac rectis ita faucibus ejicit alte,
Funditque ardorem longe, lateque favillam
Differt, & craſſa volvit caligine fumum;

Extru-

Extruditque ſimul mirando pondere ſaxa, cet.

Et Ovidius qui met. lib. V. Siciliam hunc in modum deſcribit

Vaſta giganteis injecta eſt inſula membris
Trinacris, & magnis ſubjectum molibus urget
Aethereas auſum ſperare Typhöea ſedes.
Nititur ille quidem, pugnatque reſurgere ſaepe,
Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubjecta Peloro,
Laeva Pachyne tibi, Lilybaeo crura premuntur:
Degravat Aetna caput, ſub qua reſupinus arenas
Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhoeus.
Saepe remoliri luctatur pondera terrae,
Oppidaque, & magnos devolvere corpore montes,
Inde tremit tellus, & rex pavet ipſe ſilentum
Ne pateat, latoque ſolum retegatur hiatu
Immiſſuſque dies trepidantes terreat umbras

Adiſis Strabonem, Solinum, Senecam, & ante alios Cornelium Severum, cujus opus de Aetna neſcio cur Virgilianum eſſe plerique ex auctoribus teſtentur. Denique, praeter alios auguſtae aetatis ſcriptores, in ſequiori aetatae Aetnam majori excanduiſſe impetu firmat incendium illud ex quo Piorum fama, & pietas univerſum orbem peragrarunt. *Vicere*, ait Seneca de Benefic. lib. III. cap. 37., *Siculi juvenes cum Aetna majore vi peragitata, in urbes, in agros, in magnam inſulae partem effudiſſet incendium vexerunt parentes ſuos. Diſſediſſe creditum eſt ignes, & utrinque flamma recedente limitem adapertum, per quem traſcurrerent Juvenes digniſſimi, qui magna tuto auderent.* Et Severus

Nam quando ruptis excanduit Aetna cavernis,
Et veluti averſis penitus fornacibus ignes,
Et vecta in longum rapidis fervoribus unda:
Hud aliter, quam cum ſaevo Jove fulgurat aether:
Et nitidum obſcura caelum caligine torquet.
Ardebant arvis ſegetes, & millia culta
Jugera cum dominis, ſilvae, colleſque virentes
Vix dum caſtra putant hoſtem moviſſe: tremebant:
Et jam finitimae portis evaſerat urbis:
Tum vero ut cuique eſt animus vireſque rapinae

Tutari conantur opes: gemit ille ſub auro:
Colligit ille arma, & ſtulta cervice reponit
Defectum raptis illum ſua carmina tardant:
Hic velox nimio properat ſub pondere pauper.
Et quod cuique fuit cari fugit ipſe ſub illo,
Sed non incolumis Dominum ſua praeda ſecuta eſt:
Cunctantes vorat ignis: & undique torret avaros;
Conſequitur fugiſſe ratos, & proemia captis
Concrepat, ac nullis parſura incendia parcunt
Vel ſolis parſura piis: namque optima proles
Amphion, fraterque pari ſub numine fortes,
Cum jam vicinis ſtreperent incendia tectis
Aſpiciunt pigrumque patrem, matremque, ſenemque
Seu jam defeſſo poſuiſſent lumine membra,
Parcite avara manus, dites attollite praedas:
Illi divitiae ſolum materque paterque,
Hanc rapiunt praedam: mediumque exire per ignem
Ipſo dante fidem properant, o maxima rerum
Et merito pietas homini tutiſſima virtus. cet.

Duo laudati Juvenes in Catanae nummulis viſuntur, imo ad eorum memoriam, ajente Pauſania lib. 10., feſta quotannis agebantur. Videſis Antonium Auguſtinum Dialog. 2. pag. 34. edit. Rom. Ex his colligitur Aetnam non ſemper aequali eruptione fremuiſſe atque arſiſſe magis in ſequiori, quam in antiquiſſima Mundi aetate.

VI. Neque Lipare, Inſularum Vulcaniarum princeps atque maxima, Homeri tempore ignem fumumque eructabat. Videſis D. Orvillium pag. 243. & ſeq. hinc nil vera, imo tortuoſa ſunt, quae Martorellius contra univerſos illevit pag. 110. & ſeq. (*Napoli abitat. cet.*) exiſtimans Ulyſſem ad Liparen flammas fumumque vomitantem appuliſſe, & id ex illis Homeri verſibus Od. ℒ. 327. eruere adnititur

Η' δ' ὡς Σειρήνων ἀδινάων φθόγγον ἄκουσεν,
Ω'ς θ' ἵκετο πλαγκτὰς πέτρας, δεινήν τε χάρυβδιν,
Σκύλλην θ', ἥν οὐ πώποτ' ἀκήριοι ἄνδρες ἄλυξαν.
(*Narrabat*) *& quod Sirenū cantantiū vocē audiverat,*
Et quoniā venerat ad vagas petras, gravēque Charybdim
Scyllamque, quam numquam indemnes viri evitarunt.

Quaſi

Quaſi Homerus Πλαγκτὰς πέτρας diſtinxerit ab Scylla & Charybdi, & quaſi vox πλαγκταὶ (quae certe adjectiva eſt, aliter Homerus eam cum *petris* minime conjunxiſſet) Vulcaniarum Inſularum proprium nomen fuerit, atque omnibus adhuc mortalibus ignotum. Quod quam iniquum ſit perquam breviter evincere ſtudebo. Atqui ſi verum amamus, ſane nil aliud hic innuit Homerus, niſi Scyllam & Charybdim eſſe Πλαγκτὰς πέτρας i.e. *vagas*, *mobiles*, *erraticas*, *natatiles*, ſicuti & Od.M. jam dixerat illas ita ab Diis appellitari. Scylla autem & Charybdis, ſicuti, & aliae inſulae, & ſcopuli in mari libere vagari dicuntur, quia turbantibus aequora ventis, nunc fluctibus operiuntur, nunc iterum comparent, quod praeſertim, teſte Turnefort, in Cycladibus cernere eſt. Id vero maximopere verificari in Seylla & Charybdi tradidit Strabo lib. 1. qui, ut videtur putaſſe Homerus, fluxum maris ac refluxum vehementiſſimum fieri circa eos ſcopulos in mari Siculo, ſcriptitavit. Praeterea *ſunt*, ait Seneca quaeſt. nat. lib. III. *multi pumicoſi & leves, ex quibus quae conſtant inſulae in Lydia natant. Theophraſtus eſt auctor. Ipſe ad Cutylias natantem inſulam vidi. Alia in Vadimonis lacu vehitur, alia in lacu Stationenſi. Cutyliarum inſula & arbores habet, & herbas nutrit tamen aqua ſuſtinetur; & in hanc, atque illam partem non tantum vento impellitur, ſed & aura, nec unquam illi per diem & noctem ſtatio eſt: adeo movetur levi flatu. Huic duplex cauſſa eſt. Aquae gravitas medicatae, & ob hoc ponderoſae, & ipſius inſulae materia vectabilis; quae non eſt corporis ſolidi, quamvis arbores alat. Fortaſſe enim leves truncos, frondeſque in lacu ſparſas pinguis humor apprehendit, ac vinxit*. Et hodiedum in Gallia Belgica apud *Sant' Omer*, lacus viſitur per cujus undas non unae inſulae nare coſpiciuntur. In harum una adcubat Eccleſia cum Conlegio Religioſorum S. Bernardi: omnes autem mobiles ſunt, fluctuantque, ne vero huc & illuc aquis diripiantur, replicatis rudentibus, veluti naves, ad ripam retinentur. Sed de his ſatis. Quod ad rem attinet, praeterquamquod quae de hiſce *petris* cecinit Homerus Od. M. verſ. 59. & ſeq. Scyllae & Charybdi optime conveniunt, aperte dixit haſce *petras duplicem ſco-*

I 2 *pulum*

pulum eſſe, in quorum primo Scylla inhabitat, ſub altero Charybdis nigram aquam abſorbens, ut cuicui non abruptum, ſed totum Homeri contextum lectitanti patefiet. Ut vero acu tangatur hujusmodi *petras* ab Scylla & Charydi minime diſtingui, ſedulo advertendum eſt, Homerum inibi Scyllam & Charybdim non ſemel *petram*, *petras*, *petroſas* cet. ſimpliciter nominitaſſe, ut ib. ver. 121. 136. 238. 246. 255. 260.

Ἠν γαρ δηθύνησθα, κορυσσόμενος παρὰ πέτρῃ.
Si vero properaveris armis inſtructis ad petram.
Σκύλλην πετραίην, ἥ μοι φέρε πῆμ᾽ ἑτάροισιν
Scyllam petroſam, quae mihi ferebat damnum ſociis
Πάντη παπταίνοντι πρὸς ἠεροειδέα πέτρην
Undique circumſpicienti ad obſcuram petram.
. . . . ἀμφὶ δὲ πέτρη
Δεινὸν ἐβεβρύχει . . . . . .
. . . . *circum autem petram*
Horrendum intonabat.
Ὡς οἵγ᾽ ἀσπαίροντες ἀείροντο ποτὶ πέτρας
Sic illi palpitantes tollebantur ad petras.
Αὐταρ ἐπεὶ πέτρας φύγομεν, δεινήντε χάρυβδιν,
Σκύλλην τ᾽, αὐτίκ᾽ ἔπειτα Θεῦ ἐς ἀμύμονα νῆσον
Ἱκόμεθα, κ. ι. λ.
Sed poſtquã petras effugiſſemus horrendãque Charybdim
Scyllamque, deinceps ſolis ad formoſam inſulam.
Pervenimus, cet.

Si vero per πέτρας in ultimis hiſce verſibus innuiſſet inſulas (quae juxta Martorellium proprio nomine πλαγκταὶ dicebantur) utique πλαγκτὰς dixiſſet Homerus eodem verſus manente metro, vel eis aliquod infauſtum epitheton appoſuiſſet, neque id generis *inſulas* cum Charybdi Scyllaque conſtanter conjunxiſſet. Haec magis magisque firmantur ab Iſacio, qui circa Scyllam & Charybdim plurimos *petrarum* acervos extare poſteritati tradidit: ἡ Σκύλλα περὶ τὸ Ῥήγιον τῆς Σικελίας ἐστὶν ἀκρωτήριον ἐξέχον εἰς Θαλασσαν ὑκάτωθεν πέτραι πολλαὶ καὶ μεγαλαι, κ. τ. λ. *Scylla promontorium eſt juxta Rhegium Siciliae, in mare prominens ſub quo ſunt petrae multae, & ingentes*, cet. nil diverſa ſcripſit Agatharchides lib.

7.

7. *rer. Europic.* ἀκρωτήριον δέ ἐστιν ἡ σκύλλα ἐξέχον εἰς θάλασσαν, ὁμοίωμα καὶ πρόσωπον ἔχον γυναικὸς κάτω δέ τοῦ ἀκρωτηρίου εἰσὶ πέτραι πολλαὶ καὶ μεγάλαι, ἔχουσαι κοίλους τόπους καὶ σπήλαια, ἐν οἷς θαλάσσια θηρία μένουσιν. *Scylla promontorium eſt in mare prominens, forma facieque muliebri, ſub ipſo promontorio petrae ſunt ingentes, & complures, quae locos concavos, & ſpeluncas habent interius in quibus habitant beſtiae marinae.* E contrario Inſulas *petrarum* nomine vocitare nusquam fuit Homeri uſus: imo *petrarum* vocabulis *ſcopulos* ſaepe, necnon portuum *molos* deſignavit, ut Odyſſ. K. v. 87.

Ενθ' ἐπεὶ ἐς λιμένα κλυτὸν ἤλθομεν, ὃν πέρι πέτρη
Ηλίβατος τετύχηκε. . .
Ibi poſtquā ad portū clarū venimus quem circum petra
Sublimis erat. . . Et verſ. 126.
Ασπασίως δ' ἐς πόντον ἐπηρεφέας φύγε πέτρας
Νηῦς ἐμή . . . .
Libenter autem in pontum altas fugit petras
Navis mea: Et ibid. E.
Μήπως μ' ἐκβαίνοντα βάλῃ λίθακι ποτὶ πέτρῃ.
Ne forte egredientem jactet ad lapidoſam petram
Εκτοσθεν μὲν γὰρ πάγοι ὀξέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα
Βέβρυχεν ῥόθιον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη
Extra enim ſaxa acuta undique autem fluctus
Fremuit impetuoſus, plana vero eminet petra
. . . . τῇ δή οἱ ἐείσατο χῶρος ἄριστος
Λεῖος πετράων.
. . . *Illic ei viſus eſt locus optimus*
Aequabilis petris. Et Iliad. ο
Ισχον γὰρ πυργηδὸν ἀρηρότες, ἠΰτε πέτρη
Ηλίβατος, μεγάλη, πολιῆς ἁλὸς ἐγγὺς ἐοῦσα;
Ητε μένει λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα
Κύματά τε τροφόεντα, τάτε προσερεύγεται αὐτήν
Probibebat enim turris inſtar conjuncti, veluti petra,
Alta, magna, canum mare prope exiſtens,
Quae ſuſtinet ſtridulorum ventorum celeres meatus,
Undasque ingentes, quae eructant in ipſam

Et Iliad. π. verſ. 34.

. . δὲ σε τίκτε θάλασσα
Πετραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής

. . . Te autem peperit mare,
Scopulique alti, quia tibi mens eſt ſaeva.

πέτρα igitur, pro quo & Attice πέτρος dicitur, ut Moſchopulus, & Voſſius tradunt, imo Jonice πέτρη, eſt ſaxum vaſtae magnitudinis: at πέτρος lapis eſt exiguus, & ſaepius pars grandioris ſaxi, aut rupis, quemadmodum addocet Euſtathius in Iliad. N. Hinc imperitis fucum fecit Barnes, dum in Adnot. ad. V. XI. Odyſſ. ω

Πὰρ δ' ἴσαν Ὠκεανοῦ τε ῥοὰς, καὶ λευκάδα πέτρην

illevit : *quod vero per* λευκάδα πέτρην *Brittannia noſtra innuatur, quodque* τὸ πέτρα, *non rupes, verum inſulæ vertendum ſit, licet etiam* Albae Rupes *ad noſtrae Brittanniae oras ſpectentur, pluribus probamus ad Eurip. Helen. v.* 165. Et illaudandi qui cum Clarkio Homeri λευκάδα πέτραν minime reddiderunt *Albam Inſulam*, ſed ſincerius, *Leucada petram*. Verum e via ad diverticulum. Martorellius (Nap. abit. cet. pag.32.) licet per tranſennam ſcripſit Homerum per λευκάδα πέτρην *colles Leucogaeos* facile innuiſſe, & hanc ſubdidit rationem, nempe quia, *in quel luogo Omero apertamente deſcrive la region di Pozzuoli*. Verumtamen quaſi ſuimet oblitiſſimus ibid. pag. 183. late probat *Leucogaeos* colles cum Fori Vulcani collibus perperam confundi, ſed ab *Mergellina* minime diſtingui : Qua in re praeterquam quod Martorellius non ſibi conſtat, falſum quoque reddit Plinium, qui lib. 18. 11. ubi in alica conficienda cretam quandam eſſe adhibendam dicit, ſic pergit de his collibus: *invenitur haec* (creta) *inter Puteolos, & Neapolim in colle Leucogaeo appellato : in eodem reperitur & ſulfur, emicantque fontes oraxi, oculorum claritati, & vulnerum medicinae, dentiumque firmitati*. Idem repetit lib. 31. c. 2. *Leucogaei fontes*, cet. ac tandem lib. 35. c. 15. *In Italia quoque invenitur ſulfur, in Neapolitano, Campanoque agro* (cet. quae deſunt). *collibus, qui vocantur Leucogaei: quod ex cuniculis effoſſum perficitur igne*. Quae omnia in Mergellines colliculis minime viſuntur, neque unquam inibi extitiſſe quiſquam ſomniavit. De fonte Mergellines tantum ait Sannaz. Epigram. II.

Eſt mihi rivo vitreus perenni

Fons

Fons, arenoſum prope litus, unde
Saepe deſcendens ſibi nauta rores
Haurit amicos
Unicus noſtris ſcatet ille ripis,
Montis immenſo ſitiente tractu,
Vitifer qua Pauſylipus vadoſum
Currit in aequor.

Celebre axarſit diſſidium inter Mazzochium, & Jac. Caſtellum an colles Leucogaei ad Campanam perticam pertinerent. Id vero quomodo dirimat Martorellius tutemet videas ibid. pag.186. Tandem ad ſemitam regredior.

Praeterea ſi inſulae Aeoliae Homeri tempore ignivomae fuiſſent: certe Homerus dum harum unam deſcripſit in principio lib. K. Odyſſ. aliarum quoque ignem ſumum, ac portentoſa phoenomena innuiſſet: verum unius illarum ſitum, moenia, amoenitatem, & colonos memoravit, nil autem de igne

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'. ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἴολος ἱπποτάδης, φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι
Πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ πᾶσαν δέ τέ μιν πέρι τεῖχος
Χάλκεον, ἄῤῥηκτον. λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη.
Τοῦ καὶ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν.
Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες
Ἔνθ' ὅγε θυγατέρας πόρεν υἱάσιν εἶναι ἀκοίτας.
Οἱ δ' αἰεὶ παρὰ πατρὶ φίλῳ καὶ μητέρι κεδνῇ
Δαίνυνται. παρὰ δέ σφιν ὀνείατα μυρία κεῖται.
Κνισσῆεν δέ τε δῶμα περιστεναχίζεται αὐλῇ
Ἤματα, νύκτας δ' αὖτε παρ' αἰδοίοις ἀλόχοισι
Εὕδουσ', ἔν τε τάπησι καὶ ἐν τρητοῖς λεχέεσσι.
Καὶ μὲν τῶν ἱκόμεσθα πόλιν καὶ δώματα καλά. . . .

Quae ita ab Antonio M. Salvini vertuntur

All'Eolia Iſola giugnemmo,
Ove abitava Eolo Ippotade
Agl' immortali Iddii gradito, in Iſola
Notante; e intorno ad eſſa tutto un muro
Ferreo, infrangibil; liſcia ivi ſu rupe.
Di cui dodici figli in caſa nacquero
Sei figliuoli, e ſei puberi figliuoli.
Quivi ei le figlie a'figli diede in mogli.
Queſti ognor preſſo al caro padre, e madre

Veneranda mungiavan, ed a loro
Son meſſi avanti diecimila cibi.
Ed odorando de fumo di graſſo
La caſa ne rimbomba nella corte.
E notte e dì colle modeſte mogli
Dormono ne'tappeti, e traforati
Letti; di queſti alla città venimmo
Ancora, ed alle belle loro caſe. . . .

Deinde ſi Homeri πλαγκταὶ πέτραι Vulcaniae inſulae ſunt: certe hujusmodi inſulae inacceſſibiles fuiſſent, ac plurimorum naufragiis infames: uno verbo omnia quae Scyllae & Charybdi tribuuntur hiſce inſulis & tribui deberent: Verum Homerus Ulyſſis duplicem acceſſum ad Aeoliam memoravit, nil vero de ejus difficilillimo acceſſu ſcriptum reliquit, imo bis ſimpliciſſime cecinit Od. K. 1.

All' Eolia Iſola giungemmo. Et inferius v. 55.

Αὖτις ἐπ' αἰολίω νῆσον. στενάχοντο δ' ἑταῖροι
Ἔνθα δ' ἐπ' ἠπείρου βῆμεν, καὶ ἀφυσσάμεθ' ὕδωρ.
Αἶψα δὲ δεῖπνον ἕλοντο θοῇς παρὰ νηυσὶν ἑταῖροι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σιτοῖό τε πασσάμεθα ἠδὲ ποτῆτος,
Δὴ τότ' ἐγὼ κήρυκα τ' ὀπασσάμενος καὶ ἑταῖρον,
Βῆν εἰς αἰόλου κλυτὰ δώματα. . . .
. . . . . Un altra volta all' iſola
Eolia; e ſoſpiravano i compagni.
Quivi ſcendemmo in terra, e attignemm' acqua,
Toſto alle navi fer compagni pranzo,
Poichè guſtammo del mangiare, e bere,
Io allor menando indietro un meſſaggiere,
E un compagno, n'andai alle famoſe
Caſe d' Eolo.

Poſtremo ſi Vulcani inſulae navigantibus tam infeſtae fuiſſent, dum Ulyſſes, quaſſa jam navi, & amiſſis ſociis, iterum remigans ad Charybdim incidit, utique harum pernicioſarum inſularum, quae non procul erant, ardorem ſentiiſſet, vel ſaltem timuiſſet. Homerus autem nil de his memorans, ait Odyſſ. M.

Παν-

Παννύχιος φερόμεν. ἅμα δ' ἠελίῳ ἀνιόντι
Ηλθον ἐπὶ σκύλλης σκόπελον, δεινήν τε χάρυβδιν
Tota nocte ferebar, ſimul autem oriente Sole,
Veni ad Scyllae ſcopulum, horrendamque Charybdim.

Inſulae igitur Vulcaniae Homeri aevitate igniferae non erant, ſed aurarum tantum flaminibus verberabantur, ideoque Aeolum in eis imperitare vetuſtiores Graeci finxerunt : ſed cum in ſequiori aetate exardere coepiſſent, iccirco poſteriores pöetae, latini praeſertim, Vulcanum in eis locis ferrariam officinam habere commenti ſunt, ut Apollonius Rhodius in lib. 4. Argonaut. Juvenalis ſatyr. 3. Virgilius Aen. 8. Haec quoque genuina ratio eſt, cur Cyclopes apud Homerum & Heſiodum ruſtici tantum opiliones ſint, atque alti Erycis accolae, apud poſteriores vero pöetas ferrarii vulgo exiſtimentur, & in Aetna, vel Vulcani inſulis degentes.

Quod de Cyclopibus huc uſque illevi apprime firmatur ex Hetruſco illo monumento in Volterrae ſuburbanis eruto, ad cujus expoſitionem pleniſſimum Florentiae an. 1746. commentariolum edidit D. Antonius Giorgius. In eo autem monumento viſitur Polyphemus cum barba, cum cothurnis, & duplicem in fronte oculum habens, non ſecus ac ceteri homines. Eodemmet modo ſpectatur Polyphemus in quadam Herculanei pictura. Ex hoc autem colligere licet Hetruſcorum temporibus Cyclopas nil efferati animi habuiſſe, & tantum apud Graecos male audiviſſe: Hetruſci enim non ab Graecis Cyclopum fabulam hauſerunt, ſed ab Phoenicibus. Hinc Cyclopes alii finguntur ab Hetruſcis, alii ab Homero Heſiodoque, & alii tandem ab Latinis Graeciſque poſterioribus, qui ſane in varia gentium aetate variam quoque famam ſortiti ſunt. Hinc Cyclopes primi Siciliae Habitatores fuiſſe dicuntur, quique vitam in montibus & ſilvis degebant, & ſe illis fructibus innutriebant, quos tellus eis benigna ferebat. Hujusmodi autem vivendi genus ab Platone tribuitur iis, qui *αμεσοι* poſt Cataclyſmos victitarunt, ut jam notaverat Strabo XIII. pag. 562. Adeantur Cluerius Sic. Ant. II. 15. Bochartus in Chan. I. 30. Neque deſunt, qui Cyclopas primos urbium conditores, atque primos humanae ſocietatis inſti-

ſtitutores fuiſſe contendunt. Pöetae autem, queis audendi fuit poteſtas, pro temporum diverſitate de Cyclopibus diverſa fabulati ſunt. Triplicis generis ergo fuerunt Cyclopes. Alii Etruſci, alii Homerici, alii poſteriorum Graecorum & Latinorum. Triplicem hanc Cyclopum diviſionem vidit jam Emmanuel Campolongus, qui in ſua Polyphemeide Homericos Cyclopas expreſſit, in Volcaneide autem & Galleide, haud illepidiſſimis pöematiis, Latinorum Cyclopas graphice depinxit. Hinc ratio eniteſcit cur Damiani Romani Diſſertatio, in qua probatur ſub Cyclopum fabula *Avaros* homines deſignari, confuſam praeſeferat eruditionem: neglexit enim Auctor ternam hanc Cyclopum diviſionem.

His ad liquidum perductis, totos nos incubere oportet diluendis iis, quae contra nobis objectat Martorellius. Is ad illa Homeri Od. verſ. 62.

Τῇδ' ὔπω τὶς νῆυς φύγεν ἀνδρῶν ἥτις ἵκηται,
Α'λλά Θ' ὁμȣ̃ πίνακάς τε νεῶν, και σώματα φωτῶν
Κῦμα δ' ἁλὸσ φορέυσι πυρός τ' ὀλοõιο θύελλαι.
Hac nõdum ulla navis effugit hominũ,quaecumq; acceſſerit
Sed pariter tabulata navium, & corpora virorum
Fluctus maris auferunt, ignisque pernicioſi procellae.

In queis Circe hujusmodi petrarum ambages & pericula deſcribit, adnotat pag. 112. *Scolpitamente da queſti verſi ſi vede, che prima di giungere Uliſſe a Scilla, Circe l' avvertiſce trovarſi per lo mediterraneo altro luogo, nel quale vi è del gran fuoco, anzi una tempeſta di fuoco, πυρος Θυελλαι, nè può eſſere Scilla, ove non mai ſi ſon vedute fiamme, ma sì bene nell' Iſole Volcanie.* Quid igitur ad haec reponam? Ecquidem vocula *πυρ* apud graecos non ſolum abſolutum *ignem* denotat, ſed etiam *igneam vim*, ſeu *calorem*: Charybdis autem Scyllaeque fluctus cum immaniter eircumagantur, maximopere exaeſtuare debent, ac quaſi ignem concipere: hinc illos tamquam in multo igne furere ipſemet Homerus cecinit Odyſſ. 240.

Ενθεν μὲν γὰρ σκύλλ' ἑτέρωθι δὲ δῖα χάρυβδις
Δεινον ανῤῥοίβδησε θάλασσας ἁλμερὸν ὕδωρ.
Ητοι ὅτ' εξεμέσειε, λέβης ὣς ἐν πυρὶ πολλῷ
Πᾶσ' ἀναμορμύρεσκε . . . .

Ab

Ab altera parte Scylla, ex altera dia Charybdis
Horrendum abſorbuit maris ſalſam aquam.
Sed quando evomeret ſicut Lebes in igne multo
Tota immurmurabat . . . .

uti vides, Homerus aquam circa Scyllam fervere docet veluti igneam: hinc Iliad. φ, ut exprimeret Xanti undas in igne Vulcani exardere, eadem uſus eſt comparatione.

Φῆ πυρὶ καιόμενος. ἀνὰ δ' ἔφλυε καλὰ ῥέεθρα
Ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ.
Dixit igne aeſtuans: ebulliebantque limpida fluenta
Sicut autem lebes fervet intus, dum urgetur igne multo.

Cur vero Homerus igneam aquam, vel ignem in Scyllae vorticibus finxerit haec, quae ſecuntur plane demonſtrant. Nil dicam hic de marinis Phoſphoris, vel de accenſione aquae marinae, cum conſtet omnibus maris aquam aeſtivae noctis tempore vel leniter agitatam late lucere, atque ignem exerere. Unum hic obiter adverto, ſcilicet opinionem Joſephi Vianelli minime probari poſſe, abſolute ſumtam, quae docet marinas undas iccirco igneas aliquando videri, aeſtivis praeſertim noctibus, quia nutriuntur inibi quaedam minutiſſima inſecta, quae noctilucarum, ſeu milvorum more illuceſcunt. Siquidem ſtatum certumque eſt penes melioris notae Phyſiologos in marinis aquis dari quandam oleaginoſam ſubſtantiam, quae amarulentiam generat, & hanc in fretis potiſſimum, facillime accendi ac inflammari. Id phoenomenon ad litora Brittanniae, Normandiae, & Proventiae vulgo viſitur. Hinc ratio eniteſcit cur aqua dulcis in longa navigatione exardeſcat, non ſecus ac, *aquavita:* iccirco nempe, quia cum dulcis aqua in doliis quater in anno corrumpatur generat vermiculos: hi vero mortui ac putrefacti aquam materia illa inflammabili inficiunt & complent. Hinc, ut ait Ferrarius phyſic. tom. III. pag. 377. *mare tempeſtate agitatum lucet, quia ex ipſo ſic tempeſtate agitato exhalationes in äerem emittuntur. Hae porro exhalationes maximo motu exſiccatae, & calefactae, aliiſque exhalationibus ab äere demiſſis permixtae incenduntur, & fulgurare videntur. Sed ignis de*

novo

novo illis efficitur: ut de fulgure diximus. Id vero in Meſſano freto maxime evenire tradiderunt Ariſtoteles lib. 1. *de admirabilib.* & Strabo lib. 1. qui & addunt in Scylla aquas ita fervere, ut dum hae in gyrum elevantur *omnigenos colores* reddent. Interdum enim color *ater*, nonnunquam *ceruleus*, frequenter *purpureus* apparet. Ceterum curſum, atque immenſitatem fluxus refluxuſque ne reptilia quidem vel audire, vel videre ſuſtinent. Quocirca ad radices montium juxta confugiunt.

Verum quorſum haec omnia? Ex his nempe elucet indulgendum eſſe liberrimae Homeri phantaſiae, ſi inter cetera, imo & incredibilia Scyllae miracula, ignem quoque, raptim licet, adjunxerit. Haec autem ſi non arrident, nonne dici poteſt circa ſaxa & Scyllae cavernas aliquid ignis olim exarſiſſe? Sane omnes cauſſae, quae ignem poſtea genuerunt in inſulis Vulcani, aeque extiterunt in Scylla. Liparae incendium ita explicat D. Orvillius in Charit. pag. 688. *Voragines ſubterraneas, & gurgites dari quis dubitet? nec ſi auditui fidendum, alia ex cauſſa incendia montis ignivomi in inſula prope Liparen, Vulcania dicta*, cet. Et Trogus lib. IV. *Accedunt vicini, & perpetui Aetnae montis ignes, & inſularum Aeolidum, veluti ipſis undis alatur incendium. Neque enim in tam anguſtis terminis aliter durare tot ſaeculis tantus ignis potuiſſet, niſi humoris nutrimentis aleretur .... eadem cauſſa etiam Aetnae montis perpetuos ignes fecit: nam aquarum ille concurſus, raptum ſecum ſpiritum in imum fundum trahit, atque ibi ſuffocatum tamdiu tenet, donec per ſpiramenta terrae diffuſus nutrimenta ignis incendat*. Haec eadem potuerunt eſſe in Scyllae cavernis, ergo merito conjectamur olim aliquid ignis apud Scyllae ſcopulos exarſiſſe, licet non fuerit longae durationis, & quantitatis, vel dicendum eſt quid aliud fuiſſe in Scylla, ex quo citus Homerus Scyllam ignem & aquam emiſiſſe fabulatus eſt. Tandem fruſtra erimus, ſi ab Pöetis ſuarum fabularum peculiarem rationem rigidi ſumus quaeſituri, praeſertim ab Homero, qui plurima effinxit, quae nullo modo & ſenſu ad naturam aptari poſſunt.

Opponit tandem mirabundus Martorellius, D. Orvillium ſibi contraria narrare in Charit. pag. 688. Scilicet

Vul-

Vulcaniam inſul., quam praeſens inviſit, iisdem verbis deſcripſiſſe, & eodem modo, quo Homerus deſcripſit πέτρας πλαγκτὰς: hinc confert D. Orvillii locum cum Homeri verſibus 59. & hunc in modum concludit 115. num. 143. *Son certo, che ſe da sì eccellenti verſi, e dagli altri, che ho taciuti ſi togliono gli ornamenti poetici, ed il favoloſo, che gli rende vaghi ſi vede eſſer l'iſteſſa la deſcrizione di D'Orville, che quella d'Omero, eſſendo anche in queſto intera la parte ſtorica.* Verum ne longa, & inutili collatione lectorem obtundam, ipſemet conſulat, in ſenſu, & in verbis hac in re quam ſint longe diverſi D. Orvillius & Homerus. Unum hic animadverto, quod Martorellianam collationem infidiſſimam eſſe patefacit. Martorellius hoſce Homeri verſus Odyſſ. M. 67.

Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει
Ὀξείῃ κορυφῇ, νεφέλαι δέ μιν ἀμφιβέβηκε
Κυανέη. τὸ μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ οὐδέποτ' αἴθρη
Κείνου ἔχει κορυφὴν, οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ
Οὐ δὲ κεν ἀμβαίη βροτὸς ἀνὴρ, οὐ καταβαίη . . .
Μέσσῳ δ' ἐν σκοπέλῳ ἐςὶ σπέος ἠεροειδὲς, κ. τ. λ.

queis Homerus Scyllam & Charybdin deſcribit, cum D. Orvillii verbis, queis Vulcaniam hic deſcribit, confert. Hoc autem quid aliud eſt niſi imperitis illudere? Ad quid Homeri verſus, queis Scylla deſcribitur, conferuntur cum D. Orvillii verbis, quae Vulcaniam deſcribunt? Nonne hoc eſt diverſa ſimul immiſcere, aut inter ſe conferre? Quod vero allati Homeri verſus ad Scyllae primo, ac deinde ad Charybdis deſcriptionem pertineant, ex verſibus his palam fiet, qui & illos ſenſu minime interrupto αμεσος ſecuntur

Πρὸς ζόφον cet.
Ενθα δ' ἐνὶ σκύλλη ναίει δεινὸν λελακυῖα.

Hinc Homerus Scyllam late deſcribit, & inter alia verſ. 93. aperte dicit Scyllam in ſpelunca obſcura habitare

Μέσση μὲν τε κατὰ σπείους κοίλοιο δέδυκεν

Medio quidem per ſpeluncam cavam immergitur.

qui verſus recte conſonat illi, quem ſupra attulimus. *Medio autem in ſcopulo* cet.

Cui

Cui conſonat Maro Aen. III.

At Scyllam cohibet caecis ſpelunca latebris..
Quam ſemel informem Scyllam vidiſſe ſub antro.

Denique proſequitur Homerus verſ. 101.

Τὸν δ᾽ ἕτερον σκόπελον χθαμαλώτερον ὄψει ὀδυσσεῦ...
Τῷ δ᾽ ὑπο δῖα χάρυβδις ἀναῤῥιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
Alterum vero ſcopulum humiliorem videbis Ulyſſes.
Sub hoc dia charybdis abſorbet nigram aquam.

Ergo πέτραι πλαγκταὶ, ſeu duo illi ſcopuli, quorum unum caelum acuto vertice attingere, & alium *umiliorem* eſſe cecinit Homerus, ſunt Scylla & Charybdis. Neque Vulcani Septem inſulae dici poſſunt duo ſcopuli. Tandem Hiſtoricorum, & Pöetarum Latinorum nullus ad Vulcani inſulas difficillimum acceſſum memoravit. Hinc Trojanus Helenus apud Virgilium III. Aeneae ſuaſit, ut potius totam circum navigaret Siciliam, quam ſemel per Meſſanum fretum tranſiret

Praeſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem, longos & circumflectere curſus,
Quam ſemel informem ſcyllam vidiſſe ſub antro.
Scyllam, & ceruleis canibus reſonantia ſaxa.

Si autem Vulcani inſulae tam difficiles fuiſſent acceſſu: ſane Helenus id memoraſſet, ut efficacius Aeneae, quae ſecuntur, ſuaderet ibid. 410.

Aſt ubi digreſſum Siculae te admoverit orae
Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori:
Laeva tibi tellus, & longo laeva petantur
Aequora circuitu: dextrum fuge litus, & undas.

Deinde Aeneas cum de Carthagine in Italiam navigans vi tempeſtatis ad Siciliam iterum adventavit, quam tandem relinquens antiquas Latii ſedes petiit, certe Vulcanias Inſulas aut raſit, aut inviſit: ſi autem id generis inſulae navigantibus infeſtae fuiſſent, id minime ſiluiſſet Pöeta. Itidem Ovidius, qui met. XV. Aeſculapium ex Epidaurio ad Romam adnavigaſſe cantat, de hujusmodi inſularum periculis nil memorat,

. . . . praeterque Lacinia templa
Nobilitata Dea, Scyllaeaque litora fertur.

Lin-

Linquit Japygiam, levibuſque Amphryſia remis
Saxa fugit, dextra praerupta Ceraunia parte
Romechiumque legit, Caulonaque, Naritiamque,
Evincitque fretum, Siculique anguſta Pelori,
Hippotadaeque domos regis, Themeſesque metalla,
Leucoſiamque petit, tepidique roſaria Paeſti:
Inde legit Capreas, promontoriumque Minervae,
Et Surrentino generoſos palmite colles,
Herculeamque urbem, Stabiasque, & in otia natam
Parthenopen, & ab hac Cumaeae templa Sibyllae ...

Neque, quod advertendum eſt, ulla adeſt ratio ſufficiens cur nautae Jonium ſecantes ſiculum fretum praeternavigaturi ad Inſulas Vulcani adventare debuerint, cum haec loca longo intervallo inter ſe diſſita ſint. Hinc, neceſſe non fuit, ut celeberrima Argo, Ulyſſes, & Aeneas illhuc abrumperentur. Pro coronidis loco cultiſſimi Tibulli locum appono ubi famoſos Ulyſſis errores minutatim ſed breviter deſcribit, de periculoſo autem Ulyſſis ad Vulcanias acceſſu penitus ſilet

Nam Ciconumque manus adverſis reppulit armis:
Non valuit Lotos coeptos avertere curſus:
Ceſſit & Aetnaeae neptunius incola rupis
Victa Maronaeo foedatus lumina Baccho
Vexit & Aeolios placidum per Nerea ventos.
Incultos adiit Leſtrygonas, Antiphatenque,
Nobilis Artaciae gelidos, quos irrigat unda:
Solum nec doctae verterunt pocula Circes:
Quamvis illa foret ſolis genus, apta vel herbis,
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.
Cimmerium etiam obſcuras acceſſit ad arces,
Queis nunquam candente dies apparuit ortu,
Sive ſupra terras Phoebus, ſeu curreret infra
Vidit ut inferno Plutoni ſubdita regna,
Magna Deum proles levibus diſcurreret umbris,
Praeteriitque cita Sirenum litora puppi.
Illum inter geminae nantem confinia mortis
Naec Scyllae ſaevo conterruit impetus ore,
Cum canibus rapidas inter freta ſerperet undas,
Nec violenta ſuo conſumſit more Charybdis
Vel ſi ſublimis fluctu conſurget ima,

Vel

Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum,
Non violata vagi ſileantur paſcua ſolis
Non amor, & ſecunda Atlantidos arva Calypſus:
Finis & erroris miſeri Phaeacia tellus....

VII. Quod diximus de Aetna & de Vulcaniis maxime dicimus de noſtro Veſuvio. Itaque omnes cum Sexto Victore ſcriptitarunt: *mons Veſuvius in Campania Titi tempore ardere coepit:* neque veroſimilis eſt plurium conjectura dicentium Veſuvium ante Titum etiam exarſiſſe. Unum ex Strabone conſtat, nempe ejus verticem complanatum fuiſſe, & ſubarſam terram oſtendentem cinere, fumigatisque lapidibus obſtratam: ex eo autem deduci nequit Veſuvium *olim*, ut ait Diodorus Siculus, *quondam*, ut ait Strabo, *antiquitus*, ut ait Vitruvius, magnis praeſertim incendiis fremuiſſe: aliter harum vomitionum non obſcura veſtigia in montis ipſius lateribus remanſiſſent, & ab ceteris Scriptoribus, qui ante laudatos triumviros victitarunt, poſteritati tradita eſſent. Hinc tuto dicere poſſumus Veſuvium paucis ante Strabonem annis *effervescere* coepiſſe. *Se ſi conſidera*, ait P. De Turre (Storia del Veſuvio, 142.) *attentamente quella* Lava, *che preſentemente ſi trova ſopra Ercolano, ſi vedrà evidentemente dal ſuo calor bigio, che ha, dall'eſſere le ſue parti unite ſolamente coll'acque, e nel rimanente ſciolte, e ſeparate; dall'eſſere meſcolate col zolfo, e bitume, nè intimamente inſieme incorporate, ſi vedrà dico, che queſto è un'effetto dell' effervescenza, ch' era ancora in quei tempi nel ſuo principio: Onde è, che non ebbe tempo di liquefarſi la materia di queſta lava, e formare inſieme un corpo, come fanno ora le lave preſenti*. Ac deinde, proſequitur 143. vir doctiſſimus, *Se v' è qualche ordine negl' incendj, e più toſto quello, che s'oſſerva nella qualità delle materie gittate dal Veſuvio in varj anni, e di quelle, che gitta ſul principio, e nel fine di ciaſcuno incendio. Imperciocchè la materia de' primi incendj fino a quello del* 1036. *ſi trova ſempre deſcritta, come una materia ſciolta, e non liquefatta, e inſieme incorporata: come è quella degl' incendj accaduti dopo di queſti. Così ancora nelli due ultimi incendj del* 1751., *e del* 1754. *ho coſtantemente oſſervato, che la prima*

ma materia è meno concotta, e più groſſolanamente liquefatta di quella, che viene in appreſſo, e l' ultima finalmente è una leggeriſſima ſpuma nera, e compoſta di materie, che ſono intimamente unite, e confuſe. Ex his colligere licet Veſuvium non multo ante Titum tempore exarſiſſe, & poſt Titum ejus incendia paullatim creviſſe.

VIII. Hinc removenda mihi iterum venit Martorellii in novis etymis excudendis jam prona cupido. Is de Thec. Cal. tom. II. pag. 565. Veſuvium, vicinasque urbes Herculaneum, Pompejos, ac Stabias ex igne ſibi nomen feciſſe aſſerit, & hunc montem Phoenicum temporibus exarſiſſe: *hae autem gentes* (Phoenices) *cum quasdam Campaniae urbes Veſuvii igne vel combuſtas, vel nimis obnoxias viderint, eam ob calamitatem locis nomina indidere*. Igitur juxta Martorellium Veſuvius an. 1439. ante Chriſtum, quo tempore Campaniam adventarunt, Phoenices, incredibili aeſtuabat igne, bituminoſos torrentes vomitabat, ſubjectas urbes comburebat, non ſecus ac jam vidimus in poſteriori aevitate. Verum penes quem, reclamare mihi liceat, antiquiſſimum Scriptorem lectitavit Martorellius veterrima haec aeque, ac calamitoſiſſima Veſuvii phoenomena? Ecquisnam veterum ante Titianam Veſuvii vomitationem Pompejos, Herculaneum, Stabias præſertim, Veſuvianis ignibus vel combuſtas, vel inundatas fuiſſe Martorellio tradidit? Nonne hoc eſt quod tantum fieri potuit ſibi jam factum fingere? Ecquidem ſi Veſuvius ante Titum ignes tanta vi eructaſſet, id minime tacuiſſent tum Latini, tum Graeci ſcriptores Hiſtorici, & Pöetae absque incredibili communis oſcitantiae nota. Et quod inter alia advertendum puto, eſt profundum Senecae de Veſuvianis ardoribus ſilentium. Is *quaeſt. natur.* lib. VI. terraemotum, qui in Campania non. Februarii Regulo & Virginibus Conſ. Pompejos quaſſavit, Herculanenſis oppidi partem diruit, Nucerinorum coloniam contriſtavit, Neapolim privato quidem, non publico malo perſtrinxit, Villasque paſſim praerupit, minutatim deſcribens, ejusque naturam, & cauſſas docte, & explicate enucleans, nil de Veſuvii inflammationibus memoravit, cum memorandi opportunitas erat. Quid fuiſſet ei facilius

K quam

quam dicere terraemotum Campanum ex vicini Veſuvii ignibus, ſeu ex repentina accenſione ſulfureae ſubſtantiae in Veſuvianis cryptis deliteſcentis *αμισοσ* provenisse? Si Pompeii, Herculanum, Stabiae, cet. olim ante Senecam ob Veſuvii iram fuerunt vel *combuſtae*, vel *obnoxiae*, vel *inundatae*, vel *concipientes*, *praegnantes ignes*, *ora ignis*, *favillae*, *incendii*, *cineris*, ut voluit neſcio quanam ratione citus Martorellius, eccurnam Seneca hujusmodi ignium aeſtu illas minime tremuiſſe ſcriptitavit? Forſitan hanc traditionem neſciit? Sed quomodo ad Martorellium usque transmiſſa eſt? Adjecit ibid. Seneca ſexcentarum ovium gregem exanimatum fuiſſe, & diviſas ſtatuas in Pompejana regione. Hujus autem Phoenomeni cauſſas enucleaturus ait; *äer ipſe, qui vel terrarum culpa, vel pigritia, & aeterna nocte torpeſcit, gravis haurientibus eſt: vel corruptus internorum ignium vitio*, cet. Si autem vel umbratilis ignis in Veſuvii culmine antea apparuiſſet, nonne Philoſophus eo fuiſſet uſus ad hujusmodi effectorum originem rimandam? Hactenus dictis refragatur Martorellius, ac Diodorum Siculum nobis objectat ajentem lib. 4. 21. Edit. Elzevir. Οὐεσϐίον κεκαῦσθαι τὺς ἀρχαίυς χρόνυς: *antiquitus creviſſe ardores, & abundaviſſe ſub Veſuvio monte, & inde evomuiſſe circa agros flammam*, cet. verum hic rem certam minime narrat, vel aſſerit, hinc inquit *memoratur*. Idem ſcripſit Strabo pag. 378. (Οὐεσϐίος) ἐκ δὲ τῆς ὄψεως τεφρώδεις, καὶ κοιλάδας φαίνει σηραγγώδεις πετρῶν αἰθαλωδῶν κατὰ τὴν χρόαν, ὡς ἂν εκβεβρωμένων ὑπὸ πυρὸς. ως τεκμαίροιτ᾽ ἄν τις τὸ χωρίον τῦτο καίεσθαι πρότερον, καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρὸς, σβεσθῆναι δ᾽ ἐπιλιπύσης τῆς υλης, κ.τ.λ.) *Veſuvius aſpectu cinereus, cavernasque oſtendens fiſtularum plenas & lapidum colore fuliginoſo, utpote ab igne exeſorum; ut conjecturam facere poſſis iſta loca quondam arſiſſe, & crateras ignis habuiſſe, deinde materia deficiente, reſtincta fuiſſe*. Non ſum neſcius Martorellium hic adnotaſſe Geographum, *certo edicere Veſuvium olim ignem emiſiſſe, non vero ex conjectura: quare*, inquit, *res erit integra ſi vocem τεκμηροῖτο, conjecturam faciat, minima, & vera mutatione reſtituas in τεκμηροῖτο, pro certo habeat*. Sed nil nos morari debent conſuetae Martorellii medelae, in quibus refellendis diu, & inaniter olim adlaboravi-

ravimus. Satis ſit advertere magnum Reimarum hunc Strabonis locum recitantem in voce *τεκμαίροιτο* nil fucati inveniſſe, quem & ſequitur P. De Turre. Ceterum, ut ſupra dictum eſt, concedam meo Martorellio, levi licet conjectura motus, in ſummo Veſuvii apice ante Titum aliquid ignis exarſiſſe. Quod autem praefracte nego eſt, nim. Veſuvium in antiquiſſima illa Phoenicum aevitate exarſiſſe, & tanto fremuiſſe impetu, ut ſubjectas urbes igne vel cineribus inundaverit.

IX. Verum iterum, iterumque Martorellium haec, quae huc uſque refutavimus, confirmantem audiamus: ſubdit (Napoli abitat. ec. pag. *16.*) *non ſarebbe importuno aggiugnere, che queſto noſtro Veſuvio ſi chiama ancora,* Monte di Somma; *niuno temerebbe, che viene da* Summanus, *ritrovandoſi in Reineſio* cl. 1. 244. *un' iſcrizione, che comincia* JOVI OPTIMO SUMMANO EXUPERANTISSIMO, cet. *e cita anche Tullio* de divinat., *e comenta, che Giove avea tal nome, perchè credevaſi* nocturnorum fulminum Dominus. *Noi ſiam ben conſapevoli delle fiamme ſterminatrici di queſto monte, ed uſcirebbe* Summanus *dal Fenicio* cet. *che fra l' altre ſignificazioni dinota* tenebroſus, cet. *Or ci è noto, che queſto nome* Somma *è un retaggio de' Fenicj Abitatori delle noſtre contrade. E giacche il Veſuvio tuona, e fulmina gli ſta bene* SUMMANUS. Peregregie. Verum haec omnia falſa ſunt, quaeque perquam breviter expediam. Primo non ſuperum Jovem denotat *Summanus*, ſed Orcum, ſeu Plutona, ita dictum, quaſi *Summum-manium*, cui, ut Plinius ſcripſit, nocturna fulmina attribuebantur, cuique XIII. Kal. Julias templum poſitum fuit; de quo Naſo Faſt. 729.

Jam tua, Laomedon, oritur nurus, ortaque noctem
Pellit, & e pratis cana pruina fugit.
Reddita, quiſquis is eſt, Summano templa feruntur
Tunc cum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.

Summani ſimulacrum, ait Roſinus pag. 151. edit. Schout. *fictile in faſtigio templi Jovis* O. M. *fuit, quod cum coelo ictum eſſet, nec uſquam ejus caput inveniretur, haruſpice. in Tiberim id depulſum eſſe dixerunt: idque inventum eſt eo loco, qui eſt ab haruſpicibus demonſtratus. Cic. de divinat.* Deinde ecquis unquam Latinorum aut Graecorum

Veſuvium *Summarium montem* nuncupàvit? Sane hodiedum ita nuncupatur ab urbe *Summa* ad ejus radices, quae ſeptentriones ſpectant, poſita: cujus conditio & nomen ſi ad Phoenicum uſque tempora extenduntur, omnes rerum Neapolitanarum Hiſtoriae ruant oportet, quae ante Q. F. Labeonem, & M. Clod. Marcellum Coſſ. *Summam* haud extitiſſe tradiderunt. Tandem ex duplici Veſuvii jugo, quod ſeptentriones ſpectat dicitur *Monte di Somma*, id autem ignes nuſquam vomitavit, imo viridiſſimas habet vel nunc herbas, vites, arboreſque.

X. Reponit Martorellius ibid. pag. *66.* num. *86.* montes ignivomos in noſtra Campania ante ipſum Homerum innumerabiles & horridiores extitiſſe, & hoc ex non unis fabulis oſtendere conatur. Primo ab pag. 33. uſque ad 108. tuetur Oceanum Homeri, & Heſiodi minime diſtingui ab Puteolano Cratere, ſeu ſinu Bajano: ſed Homerus Ilid. *σ.* v. 395. Vulcanum in Oceano diutius apud Thetin manſiſſe fabulatur: ergo, proſequitur Martorellius, ſi Vulcanus noſtris in oris victitavit, apud ipſas fabrili opere fecit artificioſa multa, fibulas, tortileſque armillas, fiſtulaſque, dicendum eſt in Fabularum aevo noſtram Campaniam igne foetam fuiſſe. Idem deducit Cl. Martorellius ex fabula Promethei, cet. ipſum audiamus num. *86. Fa meſtieri giudicare, che in sì antica ſtagione aveſſero tali campagne, e colline avuta una gran fama: aggiungaſi, che vi conferirono le molte meſtiti, e gli Volcani, ed è permeſſo il credere, che allora queſti ſi fuſſero ſtati grandioſi, e fieri*, cet. Verum haec omnia uberrima diſcuſſione digna eſſent: ſed plurima me ab incoepto deſiſtere cogunt. Primo, ne in diverſa rapiar, & tortuoſam turbatamque ſequar orationem. Deinde penitus obruit me aſiaticum dicendi genus, quod in delicus habet Martorellius, quo cum pauciſſimas ideas tot verborum involucris exprimat, adlaborandum mihi eſt inter ubertatem copiamque multiloquiorum latitantes propoſitiones inſcrutari, eaſque ad ſeverioris criticae canones expendere. Ecquid ergo dicemus? Homeri, Heſiodique Oceanus eſtne breve Bajane regionis mare? Sane haec ſunt ea hominum commenta, quae humanae mentis aut ſummam inſcitiam, aut incredibilem ſuperbiam patefaciunt. Stupore oppreſſus haec illino, &

ca-

calamum vix digitis retinere valeo. Conticeant omnes, atque intenti ora teneant. Quaeſtio hic agitatur, an omnes, quotquot fuerunt Scriptores Graeci, aut Latini, qui ab Homero ſucceſſive ad Martorellium uſque floruerunt, aeque, ac baſilice erraverint in dignoſcenda Homerici Oceani notione, an e contrario immani temeritate caecutierit Martorellius, qui ſueto innovandi ſpiritu ſemper incaleſcens, tam monſtroſum σφαλμα univerſis, & cujuſcumque ſubſellii Scriptoribus appoſuit. En Martorellii rationes. I. Bochartus pag. *689. 639.* & Joh. Clericus adnot. *Theogn. Heſiod.* 133. ajunt hanc φωνην, Ὠκεανος, juxta ejus hebraeum thema idem ſonare ac latina *Crater*, *Circulus*, *Lacus*: ſed mare Bajanum, ſeu quod ab Miſeno ad Minervae uſque promontorium patet, non ſemel a Strabone pag. 37. Κρατηρ dictum eſt: porro id genus vocabulorum vaſtiſſimo pelago totius terrae molem ambienti minime convenit, noſtro autem ſinui quam maxime conſonat: ergo Oceanus & Crater Neap. unum idemque ſunt. II. Heſiodus & Homerus cum aquas totam terram alluentes deſcribunt utuntur vocabulis θαλασσα, ποντος, πελαγος; ergo Oceanus quid aliud ſignificat: *e perchè nell' Iliade occorre di raro nominare il Cratere noſtro, l' Oceano rare volte vi ſi rinviene, all' oppoſto nell' Odiſſea, perchè Uliſſe vi naviga ſovvente, lo ravviſiamo ſpeſſo ripeterſi*. III. In Odyſſ. K. 508. Circe dum praedicit Ulyſſis iter ad inferos, omnia Puteolorum loca deſcribit, Puteolanumque ſinum bis vocat Oceanum. Eadem repetit Homerus ibid. Λ. 13. IV. In Iliad. 5. v. 483. cecinit Vulcanum poſuiſſe in ſcuto Achillis terram, caelum, & mare: at v. *606.* addidit in eo ſcuto poſitum fuiſſe etiam Oceanum: ergo Oceanus diſtinguitur ab immenſo mari. V. Homerus Oceanum ſaepe *fluvium* vocat: haec autem vox *Crateri* noſtro potius, quam vaſtiſſimo mari convenit. VI. Heſiodus v. *674.* deſcribens Titanum ruinas, ait Jovis fulminibus exarſiſſe maximam ſilvam (h. e. *proſerpinae nemus apud Puteolos*) *Pontum* terram alluentem (h. e. *Tyrrhenum*), & Oceanum: ergo Oceanus diſtinguitur ab ponto. Et verſ. *767.* juxta Martorellium loquitur Heſiodus de flumine Styge, quod ex una parte in Lucrinum, & ex novem aliis in Oceanum (h. e. in *Cra-*

 tera)

tera) ſe infundere ſubdit. VII. Omnia, quae in Oceano, vel ad ejus oras finxerunt Pöetae, ut äeris intemperiem, Harpyias, Vulcanum, Hortos Heſperidum, Gorgones, Meduſam, Pegaſum, Chryſaorem, Erytiam, Tethin cum Nymphis, Atlantem, Prometheum, Circen, Pygmaeos, Eliſium, Geranos cet. cet. ad Puteolos, vicinumque ſinum poſſe referri contendit Martorellius: ſaltem igitur apud Heſiodum & Homerum vox Ὠκεανὸς Puteolanum ſinulum deſignat. Huc uſque ſe extendunt Martorellii rationes. Quid vero contra reſponderint univerſi, audiamus.

Ad I. dicunt, Oceani etymon bene convenire univerſo mari, quod *Crateris*, *circuli*, *vel lacus modo* ambiat orbem: vox autem Κρατὴρ noſtro mari data eſt, quia ejus litora in crateris formam ſinuantur. Ceterum praeter Strabonem antiquorum nullus, quod meminerim, ſic illud appellitavit. Praeterea addas volo praefatum Oceani etymon, quod primo apud Papiam legitur, inconcuſſum non eſſe, cum complures, & non inficete Oceanum deducunt ab *celeritate*, ut Solinus ait cap. XXVI. & Probus ad Georgic. I. i. e. ab ὠκὺς, *celer*, & ναειν, quod eſt *fluere*.

Ad II. reſpondent, neutiquam Homerus univerſaliorem ſignificationem dediſſe vocabulis θαλασσα, ποντος, πελαγος, quam Ὠκεανῳ. Ratio autem cur Homerus ad mare ſignandum illis potius, quam hoc ultimo utatur, eſt, quia illa expeditiora ſunt, ad metrum facillima, & magis familiaria: hinc, ut Graecos omittam, univerſi latiares Pöetae, veluti inter ſe conjurati, cum mare deſignare volunt, paſſim dicunt, *mare*, *pontus*, *pelagus*, *aequor*, *fretum*, *ſalum*, *humida regna*, *undoſi tractus*, *Neptuni arva* cet. rariſſime vero *Oceanus*. Forſitan & hi Martorellianum paradoxum ſecuti ſunt? Iccirco autem Homerus ſaepius in Odyſſ. quam in Iliad. *Oceanum* nominat, quia nempe in illa ſaepius, quam in hac de rebus marinis, ſeu de navigationibus loquitur. Ceterum Homerus in Iliade Oceanum octodecies nominat. E contrario, quod voces *pontus*, & *pelagus* minus generale ſignificatum habeant, quam Oceanus, evicit jam Perizzonius ad Sanctii Minerv. lib. IV. cap. 16. n. 16. uſque ad num. 18. quem, ne dicta repetam, tutemet conſulas.

ſulas. Et doctiſs. Mazzochius in Spicileg. tom. I. pag. 264. not. 50. ex Diodoro Siculo *Pontum* olim lacui ſimilem fuiſſe ait: mox ex influxu fluminum erupiſſe ad cyanea primo, deinde ad Helleſpontum.

Ad III. perbreviter occurrunt: loca ab Homero inibi deſcripta ſunt *Acheron*, *Pyriphlegethon*, *Cocytus*, & *Styx*: haec autem flumina circum Puteolos fluxiſſe minime certum eſt, & quantum inter ſe digladientur Mythologi nemo neſcit. Longus eſſem ſi eorum opiniones iſthuc vel indigitare vellem. Verum demus Martorellio Homerum hic cuncta Puteolorum loca innuiſſe, Puteolanumque mare *Oceanum* vocitaſſe. Quid inde? Num ex hoc *Oceanum* peculiarem, & Puteolanae regionis *propriam* vocem eſſe deducitur? Nequaquam minimi. Verum quemadmodum Homerus γενικοτατα ποντος, πελαγος, & θαλασσα applicat cujuscumque regionis mari, ita & Ω'κεανον.

Ad IV. Paullo fuſius reſpondent: Vulcanum in Achillis clypeo minime diſtinxiſſe θαλασσαν ab Oceano. Id vero cuicui patebit animadvertenti Homerum primo verſ. 480. γενικοτατως, in ſequentibus autem verſibus *peculiariter* eſſe locutum. Primum itaque cecinit Vulcanum in ſcuto quinque plicas, ſive orbes ſuperinduxiſſe, 480.

> Πέντε δ' ἀρ αὐτῦ ἔσαν σακεος πτυχες . . . ,
> *Quinque autem erant ipſius Clypei orbes . . . .*

quos minutatim explicuit Iliad. 5. ubi Aeneae, & Achillis proelium deſcribit

> αἱ δ' ἀρ᾽ ἔτι τρεῖς
> Ησαν ἐπὶ πέντε πτύχες ἤλασε κυλλοποδίων
> Τας δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτεροιο
> Τlώ δ'ε μιαν χρυσῆν τηρεσκετο χαλκεον ἔγχος
> *Hae autem adhuc tres*
> *Erant quoniam quinque orbes ſuperinduxerat Vulcanus*
> *Duas aereas, duasque intus ſtanni:*
> *Unam vero auream: qua detenta eſt aerea haſta.*

Hi autem quinque orbes ſunt quinque mundi zonae, idque palam fiet ſi color metallorum, & zonarum conditio examinentur; itaut κρασσιτεροιο i. e. plumbi albi zo-

 nam

nam dixerit ſeptentrionalem, & auſtralem, ut ſcilicet frigidas & cana nive oppletas; aereas autem, quae refulgent, habent temperaturam candoris & rutili coloris dixerit aeſtivalem, & hiemalem: aureum autem ſine dubio igneum: hinc Maro: *ferit aurea ſidera clamor:* & Pindarus ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ, & Vulcanus, ut ignis Deus, virium ſuarum beneficium in illa zona debuit aurum clypeo ſuperponere. Poſtmodum, ut γενικώτατως ait Homerus verſ. 483. Vulcanus in Scuto effinxit

Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ' ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν

Inde vero peculiariter (quod ut advertatur volo) de trium harum mundi partium diſpoſitione, & *ſitu* locuturus Homerus edicit, Vulcanum in *caelo* effinxiſſe ſolem, lunam, cetera ſidera, Plejadas, Hyadas, Urſam, cet. In terra autem urbes, homines linguis, moribus, & colore varios, campos, flumina, valles, animalia, cet. Denique dicendum ei erat de mari, & de ſitu, quem in ſcuto occupabat, adeoque maris in ſcuto ſitum laconice licet deſcripturus inquit verſ. 606.

Ἐν δ' ἐτίθει ποταμοῖο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο
Ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος πύκα ποιητοῖο.
Poſuit autem fluvii magnum robur Oceani
Orbem praeter extremum ſcuti affabrefacti.

Ubinam ergo Homerus ab Oceano diſtinxit θάλασσαν? Poſtremo cum Vulcanus primo in ſcuto θάλασσαν poſuit, vel per θάλασσαν univerſa maria intelliguntur, vel non: poſterius dicere horret Martorellius: ergo primum: verumtamen eccur univerſo mari aliud adjunxit Homerus h. e. Oceanum, cum ratio poſtulet, ut toti omnes partes habenti nihil addatur? Igitur, ut omnia belle procedant, dicamus oportet, Homerum primo γενικώτατως loqui de mari, at tandem de peculiari ejus in ſcuto ſituatione.

Ad V. jam reſponderat Voſſius in *Pelagus*, ubi ex hebraeo *pelagi* etymo evicit antiquitus commune fuiſſe nomen fluviis, & mari. Verum ſi haec nil ſatisfaciunt, Mazzochium, noſtri aevi Oedipum, audiamus *ſpicileg.* tom. 1, pag. 24. *hinc vero etiam intelligimus jam tunc a nomenclatore Deo id manaſſe (quod paſſim poſtea hebraeis, aliiſ-*

aliiſque orientalibus peculiare manſit) *ut quaelibet aquarum collectiones* maria *nuncupantur*, *ut* mare Galileae, mare mortuum, *quae merae paludes erant, ut e contrario* λίμναν *veteres etiam de mari uſurpabant*. Et in ſubjecta adnot. *ſicut Hebraei quoſcumque lacus* maria *appellant: Sic viciſſim Homerus* Iliad. 24. 79. *Pontum Euxinum* λίμνην *vocavit*.... Et λίμνην Μαιῶτιν *latini quoque paludem moeotidem nuncuparunt: Sed & idem Homerus paſſim Oceanum* ποταμὸν *vocat*. Hiſce autem quomodo reſponderit Martorellius pag. 383. videamus. Et in primis Homerum inibi non pontum Euxinum, ſed Aegeum mare innuiſſe dicit, & pag. 402. n. 444. contendit Homerum nuſquam de Euxino locutum eſſe: Homerus enim, proſequitur Martorellius, *nigrum colorem* cunctis maribus, ipſis undis, imo & litoribus apponit. Verum haec libere tranſeant (quamvis reponere poſſumus Homerum Euxinum innuiſſe, ſed non ſub nomine *nigri maris*) ad quaeſtionem enim nil attinent, imo Mazzochii aſſertum magnopere confirmant ajentis etiam grandia maria, ut (ſi non *Euxinum*) vaſtiſſimum Aegeum λίμνης nomine dicta eſſe. Interea hunc in modum ratiocinatur Martorellius pag. 383. *Si potea però penſare più vantaggioſamente di queſt' eſpreſſione dell' immortal Poeta, ed oſſervare attento, ſe* λίμνη *nell' Iliade, ed Odiſſea, oltre la nozione di* palus *n' aveſſe altra più generale, e più degna: eſſa voce non una volta vale il cupo fondo del mare*, così nell' Od. γ. Verſ. 1.

Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην

cioè il ſole ſi ſpinſe al cielo ſorgendo dal limpido fondo del mare, non come ſi traduce comunemente a pulcro lacu: *nè mai ſi rimarrà pago, che una palude poſſa eſſere* περικαλλὴς, *in cui ci abbia il ſuo riposo, il più bell' aſtro. In oltre nell'* Od. ε. v. 334. *finſe Omero, che la Dea Leucotea nel mezzo del mare Gionio* (*niuno il direbbe fogna, e pure qui ſi dice* λίμνη v. 337.) *venne in alto dal profondo dell' acque... E chi potea fingerſi che Leucotea vivea in acque paluſtri?* Verum elumbis haec eruditiſs. Martorelii ratiocinatio nil urget in ſummum Mazzochium: hic enim nil aliud contendit, niſi voculam λίμνην apud Homerum praeter propriam *lacus & paludis* no-

notionem ſignificare etiam ipſum mare: hinc nil dedecoris ineſt ſoli, Leucotheaeque, ſi juxta meum Mazzochium ab pulcra λίμνη, hoc eſt a *mari* emergere dicantur. Conſtantem Mazzochium ex ipſo Mazzochio explano. Is in *Spicileg.* tom. II. pag. *66.* evincit ſinum Arabicum ab Aeschylo λίμναν dictum eſſe: *illud vero viro docto* (Caſaubono) *aliud agenti impoſuit, quod de vera* λίμνη *Aeſchylum locutum putaret, nec ei ſuccurriſſet ſaepae Homerum* (hic adnotat: *apud Homerum* non ſemel Βένθεσι λίμνης, *in imo maris, non vero in fundo paludis exponitur*) *ſaepius vero ſopboclem* λίμναν *pro mari uſurpaſſe: Id quod jam Grammatici veteres notarunt*. Repetit Martorellius pag. 388. *Da queſti luoghi d' Omero* (*Iliad.* v. verſ. 21. & 32. *ubi legitur* Βένθεσι λίμνης) *ſi raccoglie ad evidenza, che* λίμνη, *dinota il fondo di ciaſchedun mare, nè v' ha chi poſſa penſare, che il gran nome Nettuno ſignore di tutte l' acque aveſſe* δώματα χρύσεα, μαρμαίροντα *in una lacuna, e che in eſſa ſerbaſſe i ſuoi belli cocchi, e l' ambroſia per loro cibo, potea dunque l' eruditiſs. Mazzochi non far giacere anche Tetide Dea del mare in uno ſtagno; giacchè il Poeta in un luogo da queſto ſavio citato dice, che eſſa ſtava* ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ, *non altrimente, che Nettuno, e in immergendoſi l' iride* ἐπεστονάχησε λίμνη, *non biſognava tradurre* palus, *com'ora ſi vede* ma il cupo fondo del mare. Idem ſemper autem repetenti eadem iterum atque iterum repetenda ſunt. Neutiquam meus Mazzochius dictitavit Thetin, Neptunum cet. extitiſſe in *ſtagnis*, *in paludibus*, *lacunis*, cet. ſed quod centies optime, ac nitidiſſime addocuit, huc redit: Scilicet voculam λίμνην quae proprie *Stagnum, paludemque* ſonat, interdum apud Homerum nobiliorem, ampliorem que notionem ſonare, ipſumque mare denotare: ſiquidem primitivas appellationes ab Hebraeis ad ceteras gentes fuiſſe propagatas uſuvenit: & hoc apud profanos reperitur, ut *lacubus* maris nomen tribuerent, & viciſſim. Concludo igitur cum magno Mazzochio, qui ad Pſalm. 45. 5. *Fluminis impetus laetificat civitatem Dei:* adnotavit: *Flumen ſumitur hic pro mari, ut apud Homerum Oceanus eſt* ποταμός: *cujus loca vide in Voſſio* in Pelagus.

Denique, ut hiſce tricis nos extricemus, nonne quid aliud

aliud Martorelliane oppoſitioni reponere poſſumus? Profecto Homerus paſſim Oceanum ποταμον vocat, eique voces ῥέετρα, ῥοή, ῥόος adjungit, quae omnia refluentium amnium revolutionem proprie ſonant: nonne dici poteſt Homerum regularem Oceani motum innuere voluiſſe, quo ſingulis diebus, leni quidem, aequabili, & uniformi, ſed tamen ſenſibiliſſimo fluxu ex Oriente in Occidentem, ceu immenſus ποταμος defluit, ac impellitur? Sane hic Oceani motus fluviorum curſui ſimillimus eſt, hinc vulgo dicitur *la Corrente*, neque id *Euripi* nomine innuebant Latini, ut vult Cl. De Turre Phyſic. tom. II. pag. 371. ſiquidem tum Graeci quam Latini Εὐρίπους interpretantur δοχὰς ὑδάτων, *aquarum conceptacula*, *ciſternas*, vel *quamvis aquarum conceptionem*: motum autem Oceani felicius cum Homero dicimus ῥέεθρον, ῥοὴν & ῥόον *fluentum*, *fluxum*, *la corrente*. Neque mihi obmurmures cum Corſinio Phyſic. tom. 3. num. 4. cap. 11. *hic admirabilis Oceani motus nulli veterum, ut apparet, notus, ut obſervatum eſt, cum altero vix ab hinc ſaeculo Luſitanis Zonae torridae litora navigantibus innotuerit*: quippe praeterquamquod penes Homerum & Heſiodum Oceanus reciprocare dicitur paſſim, ac indeſinenter fluere, ipſis oculis id phoenomenon videri debuit: curſus enim Oceani perennis ab Oriente in Occidentem, licet maxime in zona torrida inter tropicos, pene ubique ſe prodit, eumque alii motus, & venti minime impediunt, atque adeo validus eſt, ac ſenſibilis, ut caeci ſint oportet, qui illum non experiuntur. Conſule Varennium lib. 1. prop. 6. Addeſis continuus is Oceani motus univerſalior eſt, quam fluxus ille, & refluxus, qui unico *aeſtus* nomine ſignificari ſolet: ſiquidem in omnibus fretis, quae directe extenduntur ab Oriente in Occidentem, & quibus Oceani partes conjunguntur, ut *Maggelanicum*, *Manilienſe*, *Javae*, atque alia inter Indicas Inſulas, mare tantum fluit ab ortu in occaſum, neutiquam vero refluit. Et quamvis veteres hunc Oceani motum regularem eſſe minime agnoviſſe concedamus, ſaltem eis evidens eſſe debuit Oceanum indeſinenter vel ab Polis ad Aequatorem, vel ab occaſu ad ortum, vel ab hoc ad occaſum, vel ab Aequatore ad Polos moveri: ſed hujuſmodi Oceani motiones

nes per omnia amnium fluxui ſimillimae ſunt: merito igitur Oceanus apud Pöetas, ne dicam apud Philoſophos, ceu magnus ποταμος indeſinenter fluere dicitur.

Neque dicas Homeri aetate Oceanum minime notum fuiſſe quoad eam partem in qua hujusmodi *fluvialis* motus aperte conſpicitur, ut in zona torrida: nam, ut monet D. Goguet *Dell' Origine delle Leggi* ec. tom. III. pag. 92. *Potrebbeſi inoltre ſoſpettare, che queſto Poeta aveſſe avute alcune idee, e confuſe notizie intorno alla qualità de' climi ſituati ſotto l' Equatore. La deſcrizione ch' eſſo fa degli alberi fruttiferi de' giardini d' Alcinoo, mi dà luogo di proporre queſta congettura. Dice Omero, che coteſti alberi non ſono mai ſenza frutto, e che nel tempo, che i primi arrivano alla maturità; ſe ne formano altri nuovi. La pera vicina ad eſſer colta, ne fa vedere un' altra appena sbocciata. La mela granata, e l' arancio di già maturi ne fanno vedere degli altri vicini ancor' eſſi a divenirlo. I grappi dell' uva ſono da altri grappi ſpinti; ed il fico vicino a cadere dà luogo ad un' altro, che lo ſegue.* Odyſſ. l. 7. v. 117. ec. *Queſta deſcrizione conviene perfettamente alla maniera, con cui gli alberi ſotto l' Equatore producono i frutti.* Ex his, aliiſque (obiter noto) Alcinoi magnificis divitiis concludit ipſemet Goguet part. II. pag. 62. Phaeacum inſulam ab Corcyra, *Corfù*, diverſiſſimam fuiſſe. Haec autem ſi quid ponderis habent, Martorellium maxime urgent, qui noſtram Campaniam, vicinaſque inſulas non amoenis conſitas hortulis, ſed ignibus omnia vaſtantibus obnoxias fuiſſe, ſeu Pygmaeorum, Harpyiarum, corruptiſſimorum fluminum, ſtagnorum, lacuum infectiſſimas aquas ſpirantium receptaculum fuiſſe calumniatur. Verum illo redeo.

Prima del ſecolo, in cui Omero (proſequitur Goguet) *compoſe l' Odiſſea potevanſi avere alcune idee della qualità de' climi ſotto l' Equatore . . . ſi è detto, che i Fenicj avevano formati degli ſtabilimenti ſopra la coſta occidentale dell' Affrica poco tempo dopo la guerra di Troja. Codeſti popoli erano al maggior ſegno arditi e intraprendenti; onde ſi può facilmente credere, che alcuno de' loro naviganti poteſſe eſſer paſſato ſin ſotto la Linea. In queſta maniera prima del ſecolo di Omero ſarebbeſi potuta*

aver

aver notizia de' climi ſituati ſotto l' Equatore. E' però facile indicarne ancora un' altra ſorgente. La Scrittura parla de' frequenti viaggi, che le flotte di Salomone facevano nella terra di Ophir e di Tarſis ſotto la condotta de' Fenicj 3. Reg. cap. 9. 26. cap. 10. 11. 12. *Sono al preſente diviſi i ſentimenti circa la ſituazione del Paeſe additato ſotto queſto nome dagli antichi, nè è poſſibile, a dir vero, l' aſſicurarſene con certezza. Quello che ſappiamo di certo ſi è, che codeſte contrade dovevano eſſer rimote molto da Elath, ed Aſiongaber, porti del mar roſſo, donde partivano le flotte di Salomone. Impiegavano queſte tre anni a fare il loro viaggio. Sappiamo inoltre, che ritornavano cariche d' oro, d' argento, di gomme, di reſine, di legni odoroſi, di pietre prezioſe, di denti d' Elefanti, ed anche di ſcimie, e di pavoni.* Reg. cap. 10. 11. 12. *Tutte queſte circoſtanze mi perſuadono, che Ophir, e Tarſis debbanſi cercare nell' Affrica; ed io abbraccerò l' opinione di quelli, che mettono queſte contrade nel regno di Sofala ſulla coſta orientale dell' Etiopia, ove trovanſi tutte le produzioni, di cui abbiamo parlato. Pare in fatti, che queſta navigazione doveſſe eſſer familiare a' Fenicj anche avanti il tempo di Salomone.* Reg. 3. cap. 9. 27. *Noi ſappiamo, che per andare dal mar roſſo a Sofala biſognava paſſare la Linea. Per queſta ragione Omero poſteriore a Salomone di circa un centinajo d' anni, avrà potuto eſſer bene informato della qualità de' climi ſituati ſotto l' Equatore.* Hanc eandem opinionem tutatus eſt D. Huetius in Diſſ. de navigat. Salom. Miror D. Proſperum de Aquila in Dict. Bybl. hac una tantum ratiuncula Huetium refutaſſe, quod ſcilicet Sophalae regio metallis, ebore, pavonibus, ſimiis, pſitticis, lignis pretioſis, & aromaticis, gemmiſque ferax minime ſit. Legatur ipſemet Huetius, ubi omnia, quae de Ophir ſcribuntur in Sophalicae regionis tractu abundare evincit. Non ſum neſcius Calmetum regionem Ophir ad illam, quam Ophir filius Jectan coluit, tranſtuliſſe, atque hanc ipſiſſimam eſſe Eſtii ſententiam duco, & neſcio cur id ſiluerit Calmetus: ait enim in hunc locum: *Habemus* Gen. c. X. & I. Paralippom. 1. *Ophir filius fuit Jectan, a quo nomen accepit Ophir regio, Judaeis ad Orientem ſita (ut quidam volunt ad fl. Gangen) quae* ea-

eadem, *ut refert Joſeph. lib. VIII. Antiquit. cap. VII. etiam aurea terra nuncupata eſt ob auri illic provenientis abundantiam. Hinc dictum aurum obrizum. Job cap. XXVIII. & Iſaiae cap. XIII. quaſi Ophirizum. Eſt enim iis in locis hebraice Ophir. Vide etiam locum Jeremiae cap. X. & Daniel. X. ubi aurum Ophez idem eſſe quod Ophir*. Haec profert Eſtius, qui tamen Adverſariorum ſententiam minime rejicit. Huic Calmeti ac Eſtii opinationi plurima objectari poſſunt. Adiſis Malvendam in ſuo Antichriſto lib. 4. a cap. XXIX. uſque ad XXXVII. & Pinedam de rebus Salomon. lib. IV. cap. III. uſque ad 17.

Sunt & qui Ophir eſſe regnum *Perù* in India Occidentali defenſant, quorum ſententiam, licet quinque rationibus refutet Cornelius a Lapide (quae an ſolidae ſint tutemet videas) tandem ait: *Si quis tamen omnino velit Ophir eſſe Perù, dicas partem hujus claſſis navigaſſe in Perù, aliam in Sumatram, & Indiam Orientalem, ſic, ut nunc ex diviſione Pontificis Alexandri VI. Luſitani navigent in Indiam Orientalem, Hiſpani eis vicini in Occidentalem*. Haec autem opinio etiam, quod ad me attinet, confirmat antiquos vaſtiſſimum Oceanum peragraſſe, ac praeter Aequatorem iviſſe. Praeterea alia fuit claſſis Salomonis navigans in *Tharſis* Reg. III. c. X. 22. quam eandem cum claſſe in Ophir eſſe dicere nefas eſt. Deinde qui cum Sanctio Jeſuita *Tharſis* in Scriptura non aliud eſſe quam *mare* putant amplius audiendi non ſunt. Circa Ophiriticam navigationem quamvis ad Calmeti ſententiam accedit Mazzochius Spicileg. tom. 2. pag. 160. tamen tom. 1. pag. 248. candidiſſime docet triplicem eſſe *Tharſis*, primam Ciliciae metropolim, aliam in Baetica h. e. *Tarteſſum*, tertiam in Carmania: *Fuit*, inquit, *& Tharſis alia atque per Oceanum adeunda . . . Mihi quidem, niſi vehementer fallor, non aliud Tharſis illa, quo claſſis Salomonica contendebat quam Tarſiana Carmania fuiſſe*. En juxta Mazzochium Claſſis Salomonica Oceanum adibat. Cornelius a Lapide adnectit Claſſim hanc ex Tyro, vel Joppe ſolventem navigaſſe in *Tharſis* h. e. vicinum Mediterraneum . . . *Quod ſi quis velit eam ex mari mediterraneo ulterius perrexiſſe in Oceanum, & navigaſſe in Braſiliam;*

ſiliam ; Peru & Mexico, uti modo faciunt Hiſpani, non repugnabo. Pineda lib. 4. de Salomone cap. 14. contendit claſſim hanc navigaſſe in *Tarteſſum*, itaut primo navigarit in *Oceanum* cet. Quae omnia ſatis oſtendunt Phoenices *gnaros maris*, ut legitur Reg. III. X. 21. non ſolum Mediterranei ſinus, ſed & immenſas Oceani oras peragraſſe. Nil hic adjiciam de celeberrima illa Phoenicum navigatione, qui ſub Nechoſio Aegypti rege anno 610. ante Chriſtum ex Erythraeo meridionalem Oceanum ſubeuntes circum extrema Affricae litora vela fecerunt, ac inde ſuperato Gaditano freto in mediterraneum intrarunt, ac tertio demum anno ad Nili oſtia adventarunt. Conſulatur Herodotus lib. 4. n. 42.

Quod autem certiſſime evincit Veteres Oceanum ſubiiſſe, ac proinde ejus *fluvialem* motum propriis oculis conſpexiſſe, eſt in Americam incolarum inductio: ad eam namque appellare non potuerunt homines, & beſtiae, niſi Oceani immenſitatem tranaſſent. Audire praeſtat, ut plures ſileam, Antonium Genuenſem Metaph. p. 2. pag. 368. *In America ignotum fuiſſe equorum genus ad Hiſpanorum uſque adventum, conſtat inter omnes, Interea adeo ſunt hodie in ea multiplicati, ut gregatim paſcant, atque ſilveſtres evaſerint, uti in eo itinerario relatum eſt, quod ad calcem itinerarii Anſoni nuper editum eſt . . . ſed quod ſpectat ad Americam non dubito navigatione praecipue excultam. Plures antiquitus Phoenices, & Cartaginienſes Africae litora legentes, circumiſſe, atque ſuperato capite Bonae ſpei per fretum Gaditanum ad Oſtia Nili appuliſſe, diſcimus ex Herodoto, & Diodoro Siculo. Ignota veteribus fuit pix Nautica: itaque facile fuit vento in Americam deferri, unde redire neſcierint. Sed & veſtigia quaedam aut vetuſtiſſimi cum Americanis commercii, aut cognitionis ſaltem qualiſcumque ejus gentis, in Theopompi Chii fragmento, quod ſervavit Aelianus de var. hiſt. lib. 3. cap. 18. reperiuntur fabulis licet infuſcata. Quem locum ubi docti penſiculatius legerint idem opinor judicium ferent. Vixit autem Theopompus iſte temporibus Philippi Macedonis. Vide Voſſium de Hiſtoricis Graecis. Confirmant haec mirifice quae de Ludoviciana & Canadenſibus relata ſunt ab iis, qui ejus nationis mores & traditiones diligenter perſcrutati*

tati

tati ſunt. Nam praterquam quod plurima populi illi memorant eodem prorſus modo, quo in hiſtoria Moſaica leguntur, mores quoque aliquos habent Judaicis ſimillimos. Quicquid autem ſit de religione illius primae Coloniae, quae Americam advenit, Judeine fuerint, ut hic innuit Genuenſis, & alii colligunt ex Esdrae 4., an Pagani vel Athei, ut tuetur Acoſta Hiſt. Indiar. 23. 24. 25. hic minime diſcutiam, quod tueor, eſt nempe Oceani vaſtitas non ita noſtro ſaeculo navigari coepta eſt, ut a nemine unquam trajecta fuerit. Vide Coquaeum, & Vives ad Auguſtini Civit. Dei lib. XVI. cap. IX. Quomodo autem tigres, leones, aliaque ferarum genera in Americam appulerint explicat Auguſtinus, nim. eadem facilitate, qua in remotiſſimas a terris inſulas translatae ſunt. Praeſtat hic B. Auguſtinum cum laudatis Adnot. audire.

AUGUSTINUS de Civit. Dei lib. XVI. cap. VII.

Sed quaeſtio de omni genere beſtiarum eſt, quae ſub cura hominum non ſunt, nec ſicuti ranae naſcuntur ex terra, ſed ſola commiſtione maris & feminae propagantur, ut lupi, & hujusmodi cetera 1. quomodo poſt diluvium, quo ea quae in Arca non erant cuncta deleta ſunt, etiam in inſulis eſſe potuerunt, ſi reparata non ſunt, niſi ex his, quorum genera in utroque ſexu Arca ſervavit. Poſſunt quidem credi ad inſulas natando tranſiſſe, ſed proximas. Sunt autem quaedam tam longae poſitae a continentibus terris, ut ad eas nulla videatur natare potuiſſe beſtiarum. 2. Quod ſi homines eas captas ſecum advexerunt, & eo modo ubi habitabant earum genera inſtituerunt, 3. venandi ſtudio fieri potuiſſe incredibile non eſt: quamvis juſſu Dei, ſive permiſſu etiam opere Angelorum negandum non ſit potuiſſe transferri. Si vero e terra exortae ſunt ſecundum originem primam, quando dixit Deus Gen. 1. 11. Producat terra animam vivam: *multo clarius apparet, non tam reparandorum animalium cauſſa, quam figurandarum variarum gentium propter Eccleſiae Sacramentum in Arca fuiſſe omnia genera, ſi inſulis quo tranſire non poſſent, multa animalia terra produxit.*

VI-

VIVES.

1 VEnandi ſtudio cet.) in Inſulis Fortunatis, & in his, quae noſtra aetate ſunt inventae, multa animalium genera, quae inter nos ſunt frequentiſſima, omnino nulla erant: itaque importata ſunt: quemadmodum in ſtirpium generibus quotidie uſuvenit, ut ſemen, aut ſurculus aliquis ab aliis ad alias gentes transferatur.

COQVAEVS.

1 QUomodo poſt diluvium cet.) quemadmodum genus humanum reparatum eſt a tribus filiis Nöe, qui ſervati ſunt in Arca, & inde per tot regiones propagatum etiam in inſula longo maris tractu deportatum, ita non mirum reparata omnia genera animalium, & propagata per orbem per earum commiſtionem, quae fuere in Arca Nöe.

2 Quod ſi homines cet.) quemadmodum enim in ſtirpium generibus fere uſuvenit, ut ſemen, aut ſurculus aliquis ab aliis regionibus ad alias transferatur, ita & in animalium generibus contingit.

Cornelius a Lapide Gen. VIII. 17. contra B. Auguſtinum inquit: *hoc tertium* (ſcilicet quod creatione in inſulis animalia producta ſint) *parum credibile videtur, nam poſt diluvium, imo poſt primam rerum creationem Gen. I. factam, nihil de novo creavit Deus, ideo enim ex ſingulis animantibus maſculum & feminam induxit in Arcam, ut ſalvaretur genus eorum ſuper terram*. Sed haec omnia nil Auguſtini ſententiam imminuunt: quippe conſtat inter omnes, Deum, praeter rerum gubernationem & conſervationem, aliquid jam creaſſe, creare, & creaturum. Neque alia eſt animarum rationalium origo, quam nova creatio. Et certum potiſſimum eſt, Chriſti Animam tunc ſolum fuiſſe a Deo creatam, cum Divini Verbi peracta fuit Incarnatio. Si autem Gen. II. 2. Deum *die ſeptimo ab omni opere, quod patrarat*, quieviſſe dicitur, id ita intelligendum eſt, ut ſenſus ſit, Deum ceſſaſſe a novis creandis ſpeciebus creaturarum, non autem ab iis condendis ſubſtantiis, quibus neceſſario eſt opus, ut alicujus, jam olim ab eo conditae, ſpeciei propagatio multiplicetur. Hinc ipſemet Auguſtinus lib. VI. *ſuper Gen. Deum requieviſſe*, inquit, *a condendis generibus creaturae; quia ultra id non condidit alia genera nova*. Eadem profert Auctor libri *de ſpiritu & Anima*. cap. 41. Conſule tot Metaphyſicos, qui Leibnitii, & Volfii fabuloſam Animarum praeexiſten-

ſtentiam refutarunt, & clariores S. Scripturae interpretes. Auguſtini igitur ſententia, ſi cui non arridet, non ob Cornelii rationem rejicienda eſt, ſed quia ad divinam potentiam, veluti ad aram confugere ab optimo philoſophandi genere remotiſſimum videtur.

Haec cum ita ſint, falſi quoque ſunt, qui ut Antiquorum in Oceanum navigationem negent, Americam Europae noſtrae olim finitimam, proximam, ac fere conjunctam fuiſſe contendunt, moti ex celeberrimae illius Athlantidis inſulae hiſtoria, quae apud Platonem in *Critia*, ſive *Athlantico*, atque *Timaeo*, atque ab Diodoro lib. V. & ab Ariſtotele, ſeu Auctore libelli de *Admirabilibus* memoratur. Atqui miror Strabonem, Tertullianum, Plinium, Pamelium, Voſſium, Mercatorem, Bekmanum, Turnebum, Corſinium cet. hanc Platonis veluti plenam veritatis hiſtoriam credere potuiſſe. Notiſſima ſunt argumenta, ac decretoria, quibus Joſeph Acoſta Proclum, Porphyrium, Origenem, ceteroſque Platonis interpretes ſecutus, hanc eſſe fabulam, aut allegoriam evicit, quaeque iſthuc tranſcribere taedet jam pigetque. Ipſum reviſas in toto Cap. XX. Hinc ulteriori probatione indigent, quae P. D. Joannes M. de Turre, Congregationis Somaſchae gloria & decus, illevit Phyſic. Tract. 11. ſect. unic. §. 176. *Ex hac autem proprietate* (nim. ſtrata terrae, arenae, & lapidea eandem habent altitudinem in tota ſua extenſione) *hauritur methodus conjectandi, an duae terrae primis temporibus contiguae fuerint. Ita cum obſervetur in freto Caleti inter Galliam & Angliam eadem utrobique in litoribus oppoſitis eſſe ſtrata terrae, probabiliter conjectari poſſumus Angliae inſulam prius Galliae unitam fuiſſe; & ab aliquo terremotu, vel irruptione aquarum maris, ant ruina terrae fuiſſe diviſas. Idem obſervatur in freto Gaditano inter Hiſpaniam & Affricam; idem in freto Meſſano inter Siciliam & Italiam. Forſitan itaque primis temporibus Hiſpania Affricae conjuncta erat, & non aderat mare mediterraneum inter Europam, Aſiam, & Affricam, & Sicilia non erat Inſula, ſed Peninſula Italiae. Et ſane fretum Gaditanum ſeu Herculeum in minima ſua latitudine eſt paſſuum plusquam 5000.; totus hic tractus maris Mediterranei forſan ante Platonis tempus non communicabat*

cum

cum Oceano, & ante factum Herculeum erat ea magna inſula major Europa, & Aſia, quam Plato memorat in Timaeo, eamque vocat Athlantidem, quae unius diei ac noctis tempore immani terraemotu, & ingenti Oceani alluvione ſubmerſa eſt, ut ſexcentis ante Chriſtum annis retulerunt Soloni Athenienſi nonnulli Sacerdotes Aegyptii .... Fretum autem Herculeum perfoſſum eſſe ab Hercule retulerunt veteres, & Diodorus Siculus refert Pontum Euxinum, ſeu mare nigrum antiquitus cum mari gracciae non communicaſſe, ſed ingentem hunc vetuſtis temporibus lacum ob abundantem copiam aquarum, quae ex fluminibus Europae, & Aſiae, in ipſum exonerantibus ita excreviſſe, ut primo ſibi viam aperuerit mare per inſulas Cyaneas, inde per Helleſpontum. Et quae jam praedixerat Bernardus Fontanelle (Pluritie diu Monde Nouff. 6.) *Le favole dicono, ch' Ercole ſeparò con le ſue mani due montagne, chiamate Abila e Calpe, ch' erano di mezzo, tra l' Affrica, e Spagna, e facevano argine all' Oceano. Subito adunque entrò il mare con violenza ſopra vaſte Provincie, e fece quel gran Golfo, che chiamaſi il mediterraneo ... Che Ercole abbia ſeparate con le ſue mani due montagne, non è molto credibile; ma che al tempo di qualche Ercole (giacchè ſe ne contano cinquanta) e l' Oceano abbia ſforzate due montagne più deboli dell' altre, con l' ajuto forſe di qualche terremoto, e ſieſi gettato tra l' Europa, e l' Affrica io lo credo ſenza difficultà.*

Eadem redixit Cl. A. Genuenſis (Meditaz. Filoſofic. pag. 263.) *Ne men grandi, o meno nuovi ſono i cambiamenti, che l' Oceano ha in terra fatti. E' certo, ch' e' non è, ab eterno da che l' Inghilterra è ſtata dalla Francia, a cui attenevaſi, ſecondochè la materia, e la figura de' due lati è aſſai paleſemente* cet.

Haec ut jam dixi gratis afferuntur, ac ulteriori probatione indigent. Primo hujuſmodi obſervationes circa ſtrata quae in dictis locis in tota ſua longitudine, & latitudine, eandem altitudinem ſervare dicuntur, non ſatis conſtant, neque accurate fieri poſſunt, ſi dictae terrae ingenti praeſertim concuſſione ſejunctae ſunt: nam in grandibus id genus ruinis terrarum ſtrata mutantur, abrumpuntur, confunduntur, antiquumque ordi-

nem minime ſervant. Deinde in pluribus, & a ſe diſſitis terris eadem ſtrata vel terrae, arenae, vel lapidea occurrunt, quae tamen nunquam fuerunt conjunctae. Denique demus Affricam, Hiſpaniae olim conjunctam fuiſſe, ex hoc autem deduci nequit Americam Europae etiam conjunctam fuiſſe. Tandem ex eorum ſententia, qui Mediterraneum olim extitiſſe negant, meum aſſertum mirabiliter confirmatur: etenim ſi Mediterraneum non extabat antiquiſſimis illis temporibus, ſequitur vetuſtiſſimas gentes, aut minime navigaſſe, aut per Oceanum.

Ex his colligere licet ab antiquis Oceanum fuiſſe cognitum. Hinc magnum contra Martorellianum Oceanum conſurgit argumentum: ſi Homeri Oceanus ob fluxum rapidiſſimum ποταμον refert, ſi immenſus eſt, ſi ſpumat, murmurat, cet. ut habetur Iliad. 6. v. 795.

. . . . Περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο
Ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος
E intorno d'Oceano la corrente
Correa di ſpuma mormorando, immenſa.

Si Βαθύῤῥοος, ſeu βαθυῤῥείτης, *profunde fluens*, eſt, ut ab Homero, & Heſiodo non ſemel dicitur, ſi ὕπνος apud Homerum Iliad. ξ 244. ut ſuam manifeſtaret potentiam Oceani quoque fluenta ſe ſopire poſſe gloriatur, ſi tandem Homeri Oceanus Ἀψόῤῥοος eſt, h. e. *retrograda fluenta habens*, vel cujus *cita ſunt fluenta*, ut exponit Euſtathius: certe Oceanus eſſe nequit Puteolanae regionis mare: ſiquidem in toto mediterraneo, quod cum Oceano non communicet, niſi per fretum Gaditanum, hujuſmodi motus minime ſentiuntur, neque ad Europae littora *aeſtuat*, vel ſaltem non ita, ut affluxus & refluxus ſit viſibilis, hinc vix ad trium pollicum altitudinem attolli videtur. Neque dicas Hadriaticum Mediterranei ſinum quammaxime *aeſtuare*: id enim evenit ob loci anguſtiam, & ob Affricae litora, Archipelagique inſulas, quae aquas in eum directe urgent. E contrario mare Bajanum ob ejus orbicularem formam minime aeſtuat, vix ad *medium pedem* quandoque attollitur, placidiſſima ſemper in pace quieſcit; Nereidum ſtatio, Poëtarum delicium, cet. Quomodo ergo furentes pa-

patris Oceani motus ad tranquilla ſinus hujus aequora transferri poſſunt? Verum tandem ad alia tranſiliamus.

Ad V. reſpondent, Heſiodum Oceanum ab ponto minime diſtinxiſſe. Verum Martorellio reſpondeat ipſemet Martorellius pag. 386. n. 428. *Rimane ora paleſare... che non è importuno uſar due voci dello ſteſſo valore per iſpiegare una medeſima coſa; nè ſi dee chiamare tal' eſpreſſione vizio, o tautologia: all' oppoſto queſte guiſe di parlari ſon comuni e leggiadre, e ſi danno tra loro ſcambievole lume, e per dir breve, perchè gli eſempli potrebbero eſſer molti, non ſarà chi non rimanga pago, che mi valga d' uno aſſai opportuno eziandio preſo da vocaboli appartenti al mare, e ſono* ἅλς, e πελαγως, *che tutti e due ſignificano il gran mare, non pertanto Omero uſa Odyſſ.* ι. verſ. 335. ἁλὸς πελαγεσσι, *come altresì ſi legge nell'Inno di Apollo* verſ. 73. *che a lui ſi attribuiſce*. Hinc alia ſubdit exempla, quae omnia viſuntur in Sanctii Minerva, atque in ſubjectis Jac. Perizzonii adnotat. lib. 4. cap. 3. 5. pag. 539. edit. Amſtelaed. Quod autem ex Heſiodi verſibus 763. addit de ſtyge nil urget: etenim Styx ubi fuerit, unde dicta, quicquid ſit, quaeſtiones ſunt, quas tanta facilitate dirimere, neſcio quid temeritatis redoleat. Verum demus Stygem fuiſſe non procul a Lucrino, Avernoque lacu in ſinu Bajano, quamvis contrarius videatur ipſemet Homerus Iliad. B. ajens Titareſium, qui in Peneum influit, ramulum eſſe Stygis, tamen hinc noſtrum Cratera Oceanum eſſe minime ſequitur. Reviſas reſp. ad III.

Ad VII. denique, quid ego reſpondeam ſat ſcio, nimirum ferendum eſſe Martorellium: quippe ad recentiſſimam de Oceano theſin firmandam, haec omnia confectaria erant, ac perquam neceſſaria. Quid vero alii reſponderint, ignoro. Non me autem latet, cum multus ubique de Martorellio in civitate ſermo ejus libertatem, confidentiam nimiam, innovandi ſpiritum, cet. depraedicantium, tum ille in ore omnium, ſcilicet ei ſubmurmurantium: *tu ne ſolus ſapis? Omnes fungine ſunt & ſtipites?* Qua in re quid ego ſentiam explanare non auſim. Non ſum neſcius, quid poſtulet caritatis lex & conjunctio. Verum ne amare loquar, & aliena reſpondere videar, ajo univerſas, quas ſupra fabulas

 innui-

innuimus, ad Puteolanam regionem, ejuſque ſinulum trahere idem eſt, ac Mythologorum omnium, graviſſimorumque hominum ſcripta peſſundare, ac ſempiterna infamia deturpare, & Homeri praeſertim, ac Heſiodi pöemata novis quidem, ſed crudeliſſimis intorquere interpetramentis. Poſſem hic ad peculiaria quaeque deſcendere: ſed omnia vel ſolum indigitare quid foret, niſi ipſius Oceani aquas brevem congregare in ſcrobem. Aut omnia etſi in epilogum redacta, hic notare, quid eſſet, niſi improbum ſubire laborem, & in immenſum progredi? Vela potius contrahamus, cum meliora tractanda ſuperſint. Hactenus dicta confirmat Antonius Genuenſis lib. IV. Art. Rat. pag. 161. *Niuno degli Scrittori antichi profani è ſtato ſoggetto a più ſofiſtiche interpretazioni, quanto Omero, e queſto (diceva il noſtro Vico) per quella boria degli antiquarj di far dire a' vecchi tutto quel che non penſano, che i Giovani, affin di laurearſene. Scegliamo un luogo grande. Omero perpetuamente ſcrive, che l'aurora, e il ſole naſcano dall'Oceano le mattine e nell' Oceano tuffinſi le ſere: che tutte le ſtelle fuorchè l'Orſa, vadano le ſere a bagnarſi nell' Oceano. Qual ſenſo dare a queſti luoghi? Il ſenſo comune de' popoli della Grecia è dell' Aſia de' ſuoi tempi. I Fenicj conoſcevano l'Oceano Indico, Oriente della Fenicia, dell'Aſia minore, e della Grecia: e l'Oceano Atlantico, Occidentale. Poteva eſſer altra l'opinione comune, che la letterale di quei luoghi? Il ſole ſembrava naſcere nell'Oceano indico, e tramontar nell' Atlantico. Ed eſſendo per gli Greci, e quei dell'Aſia minore (donde è chiaro per un luogo dell'Iliade eſſere ſtato Omero) il Polo Artico alquanto rilevato, le ſtelle polari veggonſi girar ſempre ſenza mai tramontare. Tutta l' antica Grecia non aveva interpretato queſti luoghi del gran Poeta, che con quel ſenſo comune. Ma è piaciuto ad un troppo ſottil critico, che Omero non parli d'altro Oceano, nè n'abbia altro conoſciuto, fuorchè il mare mediterraneo, e nè anche tutto. Gli ha dato le più crudeli torture del mondo per farlo penſare a ſuo modo.* Quod hic tantum advertatur volo eſt, nempe quae Martorellius objectavit, reſolvimus jam, quae vero viciſſim ei objectanda ſunt penitus ſileo. Unum praeterire non potui, & iratiſſimis muſis viverem, ſi indigno ſilentio prae-

praeterirem. Homerus Iliad. Φ. Achillem ſuper mortuum Aſteropeum Xanti fl. filium ſic alloquentem inducit

Κεῖσ' ὅτω· χαλεπόν τοι ἐρισθενέος κρονίωνος
Παισὶν ἐριζέμεναι, ποταμοῖό περ ἐκγεγαῶτι.
Φῆσθα σὺ μὲν ποταμοῦ γένος ἔμμεναι εὐρὺ ῥέοντος
Αὐτὰρ ἐγὼ γενεὴν μεγάλυ διὸς εὔχομαι εἶναι.
Τίκτε μεν ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων μυρμιδόνεσσι,
Πηλεὺς αἰακίδης ὁ δ' ἄρ' αἰακὸς ἐκ διὸς ἦεν.
Τῷ κρείσσων μὲν ζεὺς ποταμῶν ἁλιμυρηέντων
Κρείσσων δ' αὖτε διὸς γενεή, ποταμοῖο τέτυκται.
Καὶ γάρ σοι ποταμός γε παρα μέγας, εἰ δυνάταί τι
Χραισμεῖν ἀλλα ἦκ' ἔστι διῒ κρονίωνι μάχεσθαι
Τῷ, ὅτε κρείων ἀχελώϊος ἰσοφαρίζει
Οὐδὲ Βαθυρρείταο μέγα σθένος Ω'κεανοῖο,
Εξ ὅ περ παντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα
Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.
Αλλὰ καὶ ὃς δείδοικε διὸς μεγάλοιο κεραυνὸν
Δεινήν τε βροντὴν ὅτ' ἀπ' ὐρανόθεν σμαραγήσῃ.

Jaceas ſic. Difficile tibi praepotentis Saturnii
Cum filiis contendere, e fluvio licet natus ſis,
Dicebas tu quidem fluvii te genus late fluentis
At ego genus magni Jovis glorior eſſe.
Genuit me vir multis imperans Myrmidonibus
Peleus Aeacides: Aeacus vero ex Jove erat:
Quare praeſtantior quidem Juppiter fluviis in mare
cum ſtrepitu irrumpentibus
Praeſtantius etiam Jovis genus, quam fluvii eſt.
Etenim tibi fluvius adeſt magnus, ſi poteſt quid
Prodeſſe: ſed non licet cum Jove Saturnio pugnare.
Quapropter neque rex Achelojus comparat ſe Jovi
Neque profundi magna potentia Oceani,
Ex quo OMNES FLUVII, *&* TOTUM MARE,
ET OMNES FONTES, *&* PUTEI ALTI *oriuntur:*
Sed & is timet Jovis magni fulmen,
Horrendumque tonitru, quando e coelo fragorem ediderit.

Ex hoc longo Homeri χειμέρῳ elucet Bajanum ſinulum non eſſe Ωκεανον, adeoque dicendum eſt Vulcanum in noſtra Campania minime victitaſſe, per novennium vero, non in Bajarum ſinu, verum in immenſi maris fundo apud Thetin latitaſſe, uti legitur in Hymn. ad Apol.

Παῖς ἐμὸς ἥφαιστος, ῥικνὸς πόδας, ὃν τέκον αὐτὴ

Ῥίψ' ἀνάχερσιν ἑλοῦσα, καὶ ἔμβαλον εὐρέϊ πόντῳ·
Filius meus Vulcanus, mutilis pedibus quem peperi ipſa.
Ejeci ſuper manibus arreptum, & ejeci in LATUM MARE.

tandem fuiſſe translatum ad Olympum, in quo Homerus ferrariam Vulcani officinam locat, & ubi ahenea raetia Marti, Venerique praeparavit Odyſſ. Θ, craterem argenteum Regis (hunc Hiram, ſeu verius Hirom, de quo Sam. 11., fuiſſe putavit Mazzochius ſpicileg. tom. II. pag. 151.) Sidoniorum confecit Odyſſ. ο: Dyoniſii auream amphoram odyſſ. Ω: ſceptrum Agamemnonis, quod primum tenuit Juppiter ipſe. Iliad. B. Achillis arma Iliad. Σ: Diomedis thoracem Iliad. Θ: Junonis Cameram Ilid. Ξ: Jovis Aegidam Iliad. ο: cet. Neque in Lemno, maris Aegei inſula, ullam artem, quae per ignem conficitur, exercniſſe tradidit Homerus. Neque Cabiri, qui Vulcani filii dicuntur, igneam artem exercuerunt: hinc Antiquitatum Herculanenſium auctor; tom. IV. *Vogliono gli Antiquarj, che il proprio diſtintivo de' Cabiri ſia il martello, vedendoſi in alcune medaglie così eſpreſſamente rappreſentati. Si veda il Willide, il Vaillant, il Leguino, il Begero, ed altri, i quali confermano da ciò l'opinione di Ferecide preſſo Strab. lib. I. e di Nonno Dioniſio XIX. 19. che i Cabari erano i figli di Vulcano, e della Ninfa Cabira, e che il loro proprio meſtiere foſſe l' opera di ferro, e di rame e ſimili. Ad ogni modo l' Aſtori* l. c. §. 4. *impugna queſta opinione, e nel* §. 14. *fa vedere, che il martello può ridurſi ad una ſpecie di ſcettro. Comunque ſia è certo, che Nonno dà à Cabiri l'aſta*, cet. Ex hactenus dictis eruitur Homeri temporibus igneos montes minime fremuiſſe, aliter apud Homerum paſſim cerneres Vulcanum in igneorum montium latibulis, ac aerariam artem exercentem.

XI. In exufflandis Martorellii conjecturis feliciori vento adnavimus: at nunc dubiae ſyrtes occurrunt, & periculoſiores ſcopuli praetervehendi ſunt: nim. contra nos ſe objicit Mazzochii auctoritas. Is Kal. tom. 1. pag. 393. ait: *ejus (Veſuvii) nominis veriſſimum etymon a primigenia lingua alicubi expoſui ſimul cum aliis pluribus Vulcaniarum inſularum, aliorumque hujusmodi locorum etymologiis, ex quibus perſpicue elicitur ea orientalia*

talia fuiſſe nomina, quibus igneae vomitiones ſignificantur. Promiſſum ſolvit jam Mazzochius in Spicileg. tom. II. pag. 65. adnotat. 1. *Inſcriptio Neapoli in colle Pauſilypo ante hos 30. annos erat in ſuburbano Mazzarum praedio* JOVI FIAZZO *ſacra Hebraice* phi-az *eſt* os praevalidum; *cujuſmodi Jovi Tonanti fuiſſe dicitur, ut qui ore ſuo tonitrua orbem territantia exprimeret, maxime Neapoli, ubi ex proximo monte Veſuvio, non ſine torrentibus ignearum vomitionum proxima & longinqua vaſtantium, ſaepiſſime intonat. Hinc apud Oſcos Veſuvii accolas ſermone etruſco montem quidem Veſuvium ab* es (ignis) *vocarunt, eum vero* JOVI FIAZZO h. e. *tonanti fecere ſacrum*. Quo igitur me convertam? Univerſa, quae Cl. Mazzochius in ea Diſſert. inedita, cui FIAZZO nomen fecit, omnia quae in Spicileg. tom. I. pag. 18. tom. II. pag. 17. & 65. ad explicandam divinae vocis ενεργειαν trahit ex Ethnicis, qui non alia de cauſſa *Jovi Fiazzo* cultum exhibuerunt, veriſſima ſunt, nova, atque erudita: quae autem his adjecit de Veſuvio, & aliena ſunt, & quae ab omni veri ſpecie abhorrent. Quippe neutiquam probavit Mazzochius Oſcos, Veſuvium *Jovi Fiazzo* h. e. *Tonanti* feciſſe ſacrum, verum id gratis, ut ajunt, aſſeruit. Eodem modo credidit Veſuvium Oſcorum aevitate non ſine torrentibus ignearum vomitionum proxima & longingua vaſtantium ſaepiſſime intonuiſſe. Haec duo primum probet Mazzochius, & dabo manus libentiſſime. Memetipſum rurſus explano. Concedam Veſuvium ante Titum aliquid ignis in ſinu ſuo aluiſſe, quod quidem ex fumigatis lapidibus in ejus vertice extantibus, ut ait Strabo, colligitur: verum illum ore ſuo, aut tonitrua orbem territantia exprimuiſſe, aut vicinas urbes combuſſiſſe, ſtrenue nego.

XII. Agedum cetera, quae objectari ſolent, reſolvamus. Acutiſſimus Philoſoph. P. De Ture pag. 30. & ſeq. (*Storia del Veſuvio*) Diodori Siciliani, & Polybii auctoritate citus contendit Campum Campanum *Phlegraeum* dictum eſſe ab φλέγω, *uro*, a colle Veſuvio nim. qui Aetnae inſtar Siculae magnam vim ignis eructabat. Si ita eſſet, ſane Tyrrhenorum aevitate Veſuvius cineres, igneſque vomuiſſet. Verum haec, quia ſano egent criterio, ad hiſtoricam cognitionem, ac veritatis no-

notitiam eadem librare oportet. Et quod ad Polybium attinet. Is in Hiſt. lib. 2. n. 17. aſſerit quidem Campos circa Nolam, & Capuam *Phlegraeos* eſſe dictos: ſed an ob ignium calamitatem *Phlegraei* dicti ſint, an ob quid aliud, neutiquam memoravit, quin contrarium prorſus innuere videtur ajens lib. 3. n. 91. de his campis potiſſimum Deos certaſſe propter eorum amoenitatem, & praeſtantiam. Si igitur adeo amoeni & praeſtantes fuerint noſtrae Campaniae novales, ut pro iis Dii pugnaſſe fingantur, ſane dici nequit, Veſuvium tunc temporis aut immugiiſſe, aut cinerum igniumque globos in tam laeta camporum aequora ſuperfudiſſe. Diodori autem Sicil. locus ſuſpectiſſimus eſt, ut non uni emunctae naris critici ſubodorati ſunt, en ejus verba: *Phlegraeus quoque campus is locus appellatur a colle nim. qui Aetnae inſtar Siculae magnam vim ignis eructabat: nunc Veſuvius nominatur multa inflammationis priſtinae veſtigia reſervans;* haec enim & importuna ſunt, quia Diodorus inibi loquitur de Cumaea planicie: campi autem *Phlegraei* proprie dicti ſunt, qui ab Capua ad Nolam uſque extenduntur: & conflata videntur ex illis Flori verbis lib. 1. cap. 16. *hic amicti vitibus colles, Gaurus, Falernus, Meſſicus, & pulcherrimus omnium Veſuvius, Aetnaei ignis imitator;* vel ex illis Procopii *De Bell. Gothic.* cap. 35. pag. 662. *porro ut Aetna in Sicilia* cet. & inferius, *quae omnia in Aetna quoque fieri ſolent*, cet. Strabo quoque dicit Diodori etymon complures probaſſe, verum ipſe contrarium tutatur, ut advertit Martorellius (*Nap. abitat.* ec. pag. 13. num. 18.) ubi pluribus rationibus evincit vocem *Phlegraeus* graecam non eſſe, ſed vetuſtiorem praeſeferre originem, & ab Tyrrhenicis repetendam. Hinc noſtrae Campaniae campi *Leborini* dicti fuerunt, eo quod optimi & pingues erant, ut eruitur ex Plin. lib. 18. cap. XI. *Quantum autem univerſas terras campus Campanus antecedit, tantum ipſum pars ejus, quae* Laboria *vocatur:* cum igitur tam nobiles fuerint antiquitus campi, qui circum Veſuvii radices virefcunt, dicendum ſane eſt Veſuvii ignibus, & cineribus ante Titum minime abnoxios fuiſſe. Hactenus dicta confirmat *Felicis* cognomen Campanorum coloniae appoſitum, quod quamvis a Sylla proveniſſe probabile ſit,

ta-

tamen fieri potuit, ut *Felix* in his idem ſit, quod *frugifera*, ut apud Gruterum pag. 362. num. 2. COLONIA CONCORDIA. VLPIA TRAIANA. AVG. FRVGIFERA. HADRVMENTINA: aut ad felicitatem ſuam notandam illud epitheton fuerit uſurpatum.

XIII. Item probanda minime ſunt, quae Cl. Antonius Genuenſis in quadam adnotatiuncula ad Diſſert. Phyſico-Hiſtoric. illevit, ſcilicet Gigantum ruinas in vetuſtiſſimis Graeciae Pöetis ignivomorum montium eruptiones deſignaſſe: nam praeterquamquod id nulla veriſimili ratione excogitatum ſit, non deſunt qui contrariam prorſus originem Gigantibus dederint. Legeſis Mazzochium Spicileg. tom. II. ubi *de Typhone*. Hinc Baſſus Baſſi Mytholog. tom. 2. pag. 399. inquit: *Pur colle moſtruoſe figure d' uomini smiſurati vollero i primi Egizj indicare i diverſi incomodi, e diſolamenti cagionati dal diluvio ſopra la terra. Il ſignificato del nome di alcuni d' eſſi ne convince. Briareo volea dire:* ſerenità perduta: *dall' ebreo* Beri, ſerenità, harous, perduta, abbattuta: *Otho indicava* diverſità delle ſtagioni *dal Fenicio* Othus, alterazion de' tempi; *Efialto* grande ammaſſamento di nubi (*forſe prima ignote*) *dal Fenicio* Ephi, nuvola, ed Alteh, caligine, nube caliginoſa e nera: *Encelado* le ſtragi per l' inundazione, *dall' ebreo* En-celad, fiume temporaneo, torrente. *Porfirione* terremoti, o crepatura della terra, *dal Fenicio* Phourphur, crollare, o ſtritolare: *o Mimas* le piogge dirotte, *dall' ebreo* Maim-mim, piogge grandi; *e Roecho* il vento, *dal Fenicio* Rocchus, o Rovach, vento, *donde forſe deriva il noſtro Rovajo*. Et Voſſius in hujuſmodi fabulis enucleandis ad ventorum potius, quam ad montanorum ignium ſtrepitum recurrit.

XIV. Ex hactenus dictis liquido eruitur Ignivomos montes antiquiſſimos non eſſe, praecipue Veſuvium. Hinc Virgilius aliique Auguſtae aetatis ſcriptores plurima de Aetneis ignibus tradiderunt, nil vero de Veſuvianis. Statius quidem Veſuvii iras deſcribit, ſed is ſub Domitiano victitavit, neque Petronius Arbiter hunc montem innuit.

Eſt locus exſcito penitus demerſus hiatu

Par-

Parthenopen inter, magnaeque Dicarchidos arva
Cocyta perſuſus aqua . . . .

appoſite ſatis Joh. Mabillonius in Diar. Italic. cap. 22. *Sulfataram egregie deſcribit Arbiter, quamquam ejus hodierni interpretes de monte Veſuvio dictum, nec ſatis conſiderate tradunt . . . . me ſane fugit qua ratione id de Veſuvio monte dictum autument, cum accurate ſitus voraginis exprimatur : nim. Parthenopen inter id. Neapol. magnequae Dicarchidos arva, videlicet Puteolana arva: nam Puteolis Dicarchidis olim nomen fuit*. Hinc baſilite fallitur Franc. Orlandius, dum *Orb. Sacr. & praefat. tom. 4. lib. 1. c. 4. n. 16.* haec illinit: *ante Auguſti imperium quinquies jam exarſerat, nunquam tamen vehementius, quam imperante Tito*. Haec & ſimilia apud non unos, qui de Veſuvio ſcriptitarunt, Hiſtoricos inſulſiſſimos occurrunt, ſed quae refutatione non indigent. Hinc optime animadvertit Franc. A. Zaccharia *hiſt. lit. tom. XIII. pag.* 117. *Grande ajuto riceve la ſtoria letteraria del P. Torre per la ſerie, ch' egli ci dà degli Autori, che dal Veſuvio hanno ſcritto. Ma forſe avrebbe deſiderato taluno, che aggiugneſſe il ſuo giudizio intorno a libri, de' quali ci dà il catalogo, acciocchè ſi poſſa ſapere, non ſolo, chi ne abbia ſcritto: ma eziandio chi ne abbia ſcritto bene:* hinc in eliminandis tot, quas de Veſuvio venditarunt, fabellis eruditi minime inſudarent.

XV. Itaque, ut quo progreſſa eſt oratio relabatur, ſub Auguſti tempeſtate Veſuvius montium omnium amoeniſſimus erat, cujuſcumque generis vitibus circumveſtitus, & uſque ad verticem foecundiſſimarum plantarum ſeminariis conſitus. Hinc Strabo laetiſſimum tunc temporis hujus montis ſitum deſcribit pag. 378. Ὑπερκεῖται δὲ τῶν τόπων τούτων ὄρος τὸ Οὐεσούιον ἀγροῖς περιοικούμενον (aut περικυκλούμενον) παγκάλοις πλὴν τῆς κορυφῆς: *imminet his locis mons Veſuvius, qui ab optimis undique habitatur (vel cinctis agris) praeter verticem*. Imo & ipſamet ejus montis culmina quaſdam arbores habuiſſe, & vites conſtat ex Xiphilino in Tito: Καὶ αὐτοῦ (Βεσουβίου) τὰ μὲν ἄκρα, καὶ τὰ δένδρα, καὶ ἀμπέλους πολλὰς ἔχει· ὅδε δὴ κύκλος ἀνεῖται τῷ πυρὶ, καὶ ἀναδίδωσι τῆς δὲ νυκτὸς φλόγα, ὥστε, κ. τ. λ. *culmina ejus montis multas arbo-*

bores habent, viteſque; ſed ambitus igni expoſitus eſt, & interdiu fumum, noctu flammam ſic emittit, ut ec. Non ſum neſcius Martorellium de Thec. Cal. tom. II. p.423. objectaſſe Xiphilinum hic aut ſibi non conſtare, aut aliqua medela indigere: nam & ipſe Xiphilinus paullo ante dixerat, ταυτῇ γαρ, nempe vertice, πεπυρωται μονον, *flamma ſolummodo alitur*: itaque (inſtat Martorellius) adverſa ſibi veluti obliviosiſſimus narrat Xiphilinus, dum Veſuvii montis ſummitatem nunc igne foetam, nunc vitibus, atque arboribus floreſcentem dicit; hinc librarios ſtupore incuſat, & reponit νωτα, dorſa, pro ακρα, vel οι μεν αγροι... αμπελυς... ελυσι, vel τα μεν εξωθεν: quare verba latialia ſint: *Veſuvii dorſum* (vel *agri* vel *exteriora*) *arbores viteſque habent, vorago autem*, (ſive *crater*, ſive *circus*) *ob ignem depreſſus eſt* ec. Verum ego ajo Xiphilinum nulli hic mendo cubare, & tamen ſibi adverſa neutiquam narrare. Siquidem primo vere ſcripſit, Veſuvii ſummum verticem, ſeu voraginem flamma ſolummodo ali: inde e veſtigio adjecit ejus montis culmina, quae introrſum declivia voraginem, ſeu medium circum nectebant, quaſdam arbores habuiſſe. Quid his ineſt repugnantiae. Diſtinguat Martorellius Veſuvii culmina ab ipſo circo, & Xiphilini antilogia in nihilum redigetur. Porro ecquis unquam non diſtinxit circum a ſuperciliis, ſeu culminibus, quae ipſum circum undique cingunt? appoſite ſatis Martianus Capella initio libri 8. Aſtron.

Quin etiam medios, quos nectunt culmina, circos.

Xiphilinus igitur vere & conſtanter ſcripſit Veſuvii circum arſiſſe: circi autem culmina non unis arboribus floruiſſe. Poſtremo ſi Xiphilinus ſcripſiſſet νωτα ſeu dorſa, ſeu exteriora Veſuvii quaſdam arbores habuiſſe, inficetiſſimus eſſet: nam Veſuvii exteriora tunc temporis non multas vites, αμπελυς πολλας, & arbores habebant, ſed circum undique arboribus opacis veſtita erant, ut ait Procopius Gothic. rer. lib. 2. c. 4. in fin. & undique optimis praecincta agris, ut ait Srabo loc. cit. & pampineis umbris amoeniſſima, ut Martialis. Neque Xiphilino contrarius eſt Strabo, qui cum ſcripſit totum Veſuvium arboribus fuiſſe conſitum *praeter verticem* πλην

κο-

κορυφην, quem & *omnino ſterilem* vocat, ακαρπον ολω. nil aliud innuit niſi Veſuvii ſummam cimam, in qua erat circus, ariditatis plenam fuiſſe, quod minime renegavit Xiphilinus. Ex his patet diſcrimen inter Aetnam & Veſuvium. Hic enim Strabonis aevo arboribus circumveſtitus erat, excepto vertice, ſeu circo: illa vero non ſolum culmen nudum & cinereum oſtendebat: verum & omnia ſuperiora loca herbis, atque arboribus denudata, ut in ipſo Strabone legitur pag. 420. Ἐςὶ δὲ ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία, καὶ τεφρώδη, καὶ χιόνος μεςὰ τοῦ χειμῶνος· τὰ κάτω καὶ δρυμοῖς, καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς, *ſuperiora loca nuda ſunt, & cineribus tecta, ac per hyemem nivis plena: inferiora nemora, & omnigenae plantationes complectuntur*. Quod in ſequiori aetate accidit & Veſuvio, Procopio teſtante.

XVI. Hinc Veſuvius Valliculis ſinuoſus erat, ut legitur in S. Patricii elogio, quod die 28. Aprilis in Menaeis Venet. edit. reperitur, εωρακα ορος φαραγγωδες: vidi montem vallibus ſinuoſum, Math. Radero interprete. Non me quidem latet Mazzochium Kal. tom. 1. Adnot. 231. allatum Raderi interpretamentum male probaſſe, & reddidiſſe, *Vidi montem barathro hiantem* cet. Siquidem, ut inquit, *Nec Veſuvius ſinuoſus vallibus unquam fuit, aut eſſe potuit (quippe bituminoſis torrentibus ad convalles ſemper ſe devolventibus, ac cineribus inſuper aequantibus omnia) nec* Φαραγξ *aliud quam quod in interpretatione poſui ſignificat. De barathro ſeu cavo, quod in ſummo Veſuvii vertice deſidet amphiteatri imaginem afferens, legatur Xiphilinus, ubi ex Dione ejus montis figuram, quo tempore celebris ſub Tito eruptio contigit accurate deſcribit*. Vehementer doleo me neſcio quo fato inductum haec quae de Veſuvio ſaltuatim illevit tantus vir neutiquam probare quiviſſe. Interim videat Martorellius me mei Mazzochii dicta non pecudum more ſequi. Atqui ſi verum amamus, eccurnam Veſuvius ſinuoſus vallibus nuſquam fuit, aut eſſe potuit? Ratio in promtu eſt, replicat Symmachus, quippe bituminoſi torrentes omnia aequarunt. Peregregie. Sed id generis torrentes potuerunt non eſſe: ergo Veſuvius potuit eſſe vallibus ſinuoſus. Probata igitur potentia, ut ſemel Scholaſtice loquar, ad actum ipſum vindicandum regrediamur.

mur. Porro omnium primus qui dè bituminoſis torrentibus memoravit, fuit Leo Marſicanus Monachus Caſſinenſis, qui de VIII. Veſuvii incendio, quod an. 1059. contigit, ſcripſit. Hoſce torrentes evomuit quoque Veſuvius an. 1036. teſte Franciſco Scoto, verum is ſcripſit poſt Marſicanum. In primis itaque ſex incendiis Veſuvius bituminoſos liquidoſque fluvios minime eructavit, nec quidem in terribili illa Titiana eruptione: nil enim de illis memoravit Dio, Svetonius, & Plinius qui hac de re fuſius & minutatim ſcriptitarunt. Verum largior meo doctiſs. Mazzochio, Veſuvium in prima hac ejus conflagratione liquefacta ac bituminoſa flumina ſcaturiiſſe: exinde vero elici nequit, S. Patricium, qui hanc eruptionem praeſens inviſit, crebras Veſuvii valliculas torrentibus aequatas vel aequandas videre non potuiſſe. Poſtremo, quod ad me attinet, Veſuvianae convalles torrentibus aequatae fuerunt: ergo ante Veſuvii vomitiones vacuae fuerunt, & longo temporis ſpatio hiarunt. Φαραγξ vero non tantum barathrum, ſed praecipitium quodque, hiatum, voraginem cet. praeſertim vallem, ut reddidit Hieronymus Ezech., ſignificat. Quod denique ſuadet Mazzochius de ſummo Veſuvii barathro, nil ad rem facit: ſiquidem S. Patricii tempore Veſuvii Verticem magna ſui parte complanatum fuiſſe tradidit Strabo. Idem vertex novo igne conſumtus in amphytheatri formam depreſſus videbatur tempore Alexandri Severi. Procopius vero, ac deinde Zonaras & Pontanus de Veſuvii barathro locuti ſunt. Itaque Veſuvius vallicutis ſinuoſus erat, pluresque habebat cavernulas, quarum maxima, ut legitur in Floro & T. Livii ſupplem. a vertice ad montis uſque radices hiabat.

XVII. Ex his, uti vides, colligitur, quod in hieme pluviarum niviumque aquae ſupra Veſuvii verticem, & latera reſtagnabant, vel enim combibebantur ab pervio montis cortice, vel per fiſſuras rimaſque rupium intrabant, & in quibusdam earum inanitatibus recipiebantur, vel in ſpiſſis valliculis, cavernis, voraginibuſque collectae retinebantur. Veſuvius ergo tot aquis in gremio collectis ad plurimos fontes, rivulos, & fluvios nutriendos par erat. At ſupervenientibus incendiis amoeniſſimi Veſuvii vultus repente mutatus eſt; hauſta, obruta,

con-

conſumtis vitibus, vineta: viridicantium plantarum ſeries novis incendiis, vel poſt longum ſaeculorum ordinem repetitis vaſtatae: cavae valliculae, curvi ſinus, voragines, cavernulae, aquarum receptacula, euripi, rivulorum, fontium, fluviorumque plenae ſcaturigines amplius non apparuerunt: quippe bituminoſi torrentes ad convalles ſe devolventes aequarunt omnia: lapidum, cinerum, arenularum, bituminumque cumuli ſuper cumulos impoſiti totius montis proſpectum immutarunt, unicumque ejus verticem biſariam diviſerunt eo ferme modo, qui ab Cl. Franciſco Serao, & Mecattio deſcribitur.

XVIII. Hinc ad herbidas Veſuvii radices olim tam multi aquarum rivuli & fontes erant, ut ab eis ipſum Sarnum fieri exiſtimarint Procopius, Sigonius & L. Aretinus, quorum nunc ne veſtigia quidem ſuperſunt, tophulis undique, cineribus, glarea, arenulis, variiſque lapillorum acervis oppleti. Ex meridiano Veſuvii dorſo tumidum flumen ſcaturiiſſe ferunt, quod olim per caſtrum turris octavi, *Torre del Greco*, exundans in ſubjectum mare ſe devolvebat. Id ſolidiſſima traditione teſtari ejus loci accolas docet Ignatius Surrentinus in hiſt. Veſ. cap. 21. verum replicatis Veſuvii vomitionibus pleniſſimus ille fluvius in fluviolum redactus eſt, *La di cui acqua*, ait idem auctor, *baſtante ſarebbe a macinar quattro mulini, ſe li noſtri Cittadini, che dal regio Fiſco la comperarono voleſſero impiegarvi* 4000 *ducati*. Recens Hiſtoriae Nolanae Collector Veſuvianum hunc amnem umquam extitiſſe praefracte negat: verum in toto ejus 19. capit. extra chorum concinit, auras tranſverberat, nilque communi doctiorum calculo evincit, niſi Draconem, Draconteum, Dracontium, ſeu Dragoncellum eundem eſſe ac Sarnum, quod ultra concedimus. Non me latet P. J. M. de Turre (*Storia del Veſ.*) hac in re mihi quoque refragari, verum, pace ſua dixerim, is non urget, niſi quae jam protulerat Remondinius: neutiquam vero evicit hanc de exſiccato fluvio traditionem commentitiam eſſe, & ad fabulas amandandam. Ex fronte orientali Veſuvii aliud flumen olim promamanaſſe Octaviani cives tradunt, Auctor de viris Illuſtr. in P. Decio, quem ſecuti ſunt complures recentiores Geogra-

gra-

graphi, aliud flumen *Veſeris* nomine ad imos Veſuvii pedes fluitaſſe poſteritati tradidit, cujus hodiedum nec vola, nec veſtigium relucet. Non ſum ignarus Cluerium exiſtimaſſe Veſerim Caſtellum quoddam fuiſſe, non Flumen: verum, ut ait Camillus Peregrinus pag.318., nil repugnat Veſerim ſimul & Caſtellum, & Flumen fuiſſe, cum ut innuebam, veteres perſaepe urbem, & urbi adjacentem fluvium uno eodemque nomine appellitarint. Hactenus dicta magis magisque firmantur ex loco Siſennae, quem recitat Nonius Marcellus de indiſcr. generib. *Quod oppidum tumulo in excelſo loco propter mare, parvis moenibus inter duas fluvias, infra Veſuvium collocatum*. Igitur Siſenna quodnam oppidulum inter duas fluvias ſcilicet inter Veſerim, & Fluvium Turris Octavae infra Veſuvium extitiſſe tradidit. His refragatur Martorellius De Cal. t. 2. p. 364., qui humillimum Herculanei ſitum defenſurus haec objectat. *Duo flumina prope Veſuvium fuiſſe, quis unquam ſcripſit, aut credat? ingentia Herculanei, urbis non parvae veſtigia, & lapides, in queis inſcriptum eſt,* HERCVLANENSES, *non in excelſo, ſed in infimo loco reperti ſunt; praeterquamquod Marcellus hic grammaticus non audit magni nominis ſcriptor; imo in vocum interpretatione ſaepe delirare notat praeter alios Lud. Kuſterus diatr. de verbo* cerno pag. 81. gl. *& me docet Mazzochius de Aſcia* pag. 174. col. 2. *Nonium ubique a deſcriptoribus dira paſſum veterem eſſe querelam*. Verum haec omnia Siſennae locum minime infirmant. Primo Siſenna nomen Oppidi haud indicat; hinc quae de Herculaneo contra ſubdit Martorellius erunt fortaſſe inutilia. Nonne Siſenna Caſtellum Veſerim, quod propter unus ex dictis fluviis eodem nomine influebat, vel quid aliud, innuere potuit? Quod ſi velimus Siſennam Herculaneum innuiſſe, nonne dici poteſt Herculaneum olim magna ſui parte in excelſo fuiſſe loco, terraemotus autem vi deſediſſe? Hoc de Statinis Inſulis libere affirmat Martorellius tom. I. pag.482. & idem affirmare non poſſumus de Herculaneo, quod hiſce terrae tremoribus frequentiſſime concuſſum fuit? Ceterum, an Herculaneum in promontorio in mare exporrecto ſitum fuerit, ut vult Strabo lib.5. pag.378. an in humili prorſus loco, ut defenſat Martorellius, an fuerit in loco ubi

hodiedum tot aeneae ſtatuae, tot picturae, & cujusvis artis inſtrumenta eruuntur, ut poſt M. Venutum Cortonenſem vulgo creditur, an fuerit alibi, ut maluit Jo. Lamius, quaeſtiones ſunt hactenus minime diremtae & finitae, ex quibus nil certe colligi poteſt adverſus allatum Siſennae locum. Deinde duo flumina prope Veſuvium fuiſſe neſcio qua fronte abſolute neget Martorellius, cum Sebethus ſaltem, & Sarnus, qui olim Pompejos circumfluebat, ut ait Strabo p. 378. Πομπαιαν παραρρει ο Σαρνος ποταμος, circa Veſuvium fluxerint, inter quos Herculaneum extitiſſe conſtat ex ipſo Strabone, & Dion. Halicarnaſſeo, qui urbem hanc inter Neapolim, & Pompejos figunt. Interim pro certo habeo Siſennam hic neque Sebethum, neque Sarnum deſignaſſe, aliter proprio, ac notiſſimo horum fluviorum nomine fuiſſet uſus, ſed Veſerim innuiſſe, qui ita a *Veſerinis* civibus (fortaſſe & hi ſunt populi *Veſuviani*, qui in praeclariſſimo Secuſino fornice Auguſt. a M. Julio regis Donni filio Cottio dicato grandibus characteribus in ult. leguntur) vocitabatur, & Fluvium Turris octavae, qui innominatus excurrebat. Neque ferendus eſt Martorellius dum hic Marcelli honorem laedit ajens curandum non eſſe, veluti nullius nominis Grammaticum, ac impoſtorem. Itaque Non. Marcellum in vocum interpretatione ſaepe delirare, quod eſt ſollemne Grammatiſtarum infortunium, concedam Kuſtero, ſed eum impoſtorem eſſe, ut colligitur ex Martorellio negandum eſt. Mazzochius vero Nonii famae nuſquam detraxit, ne quidem in cit. loc. dum inquit, *nolo diſſimulare antiquorum editorum illam lectionem, niſi dedol. (ceteroqui non malam) reperiſſe me in Nonio in verbo Aſſultatim, ubi ſic citat. : Plaut. Menaech.* niſi dedolabo aſſulatim viſcera. *Ex quo perſpicitur, aut Nonium in ſuo ſic legiſſe, aut, quod magis credo, in Nonio (quem ubique a deſcriptorum dira paſſum, vetus eſt querela) ſic locum ex ſuis codicibus interpolaſſe librarios.* Ibidem pag. 206. inquiens vocabulum *Cucchiaja* eſſe merum interpretamentum Trullae, & Trullam a Trua venire, quod eſt vetus cochlearis nomen, apponit Nonium Titinnii Setina verſus recitantem, quaerensque an Marcellus Trudus ſcripſerit, an Truam, nil iraſcitur, nilque ei infamiae objectat. Eadem

dem moderatione ſe in Nonium geſſit ſummus vir in ſpicileg. pag. 14. 6. ubi adnotat. *Atqui Nonius cum praedixiſſet* Dedicare *tantundem eſſe quod* dicere, *non recte id Caecilii Annal. lib. 1. loco ipſo firmavit:* Legati *quo miſſi ſunt, veniunt, dedicant mandata. Hic enim* Dedicant *non eſt* Dicunt (*uti ibi Nonius interpretatur*) *verum eſt* Ordiuntur. *Ordiuntur, inquit, mandata ſive ſchaedae, aut membranae quo mandata ſcripta ac* ſignata *continebatur*, recitationem. Item pag. 27. illinit: *ergo Ver ſacrum dicebatur quidquid intra Kal. Martias & prid. Kal. majas natum (h. e. eo maxime tempore; quo Moſes ex Aegypto Israëlitarum copias eduxit) Deo voveretur. Haec verior interpretatio quam quae Nonius M.* Ita & alibi benigniter in Nonium ſe geſſit mitiſſimus Mazzochius. Quid quod ipſemet Martorellius non vice ſimplici folius Nonii auctoritati nititur ad non unas probandas aſſertiones? Videſis De Thec. Cal. tom. I. pag. 7. cet. Quid ſi aliquis ei objiceret Nonium ſaepiſſime delirare, impoſtorem eſſe, ac nullius nominis Grammaticum? Verum de his hactenus. Deinde in locis Veſuvio circumpoſitis, ut in Barra, Retina, Herculaneo, Leucopetra, Vallicula, & S. Anaſtaſia, & in Summa ubertiſſimae dulciſſimarum aquarum ſcaturigines extiterunt, quibus autem ſecutis temporibus Veſuvianae eruptiones ariditatem intulerunt. Scribit Summontius lib. 1. 235., *che nella concavità della montagna di Somma, dove un tempo eſalò l'incendio, alcuni ne' tempi ſereni vi ſon diſceſi ed an veduto acqua abbondantiſſima con velocità correre in quella profondità:* at nunc hujus aquae, ut mihi retulit quidam Summanae urbis Canonicus oculatiſſimus, ne quidem indicium apparet.

XIX. Eccurnam vero tot Veſuviani fontes & fluvii paullatim aut penitus exaruerint, aut mirum in modum decreverint nunc preſſius diſcutiendum eſt. Solam pluviarum niviumque aquam fontium fluminumque origini ſufficere poſſe ſcitum ſtatumque eſt apud recentioris Phyſicae Patronos. Comes Ludovicus Barberius D. Dheramum & P. Ghozzium infeliciter ſecutus accuratiſſimas Hallei, Mariotti, & Vallisnerii obſervationes deſpexit & contrariam veterrimam opinionem tutari maluit in libellulo, quem Vincentiae an. 7751. edidit. In expli-

canda vero ratione, qua maris aquae ex imis montium radicibus ad illorum verticem aſcendere poſſint, Bernullium, qui confugit ad aquarum dulcium levitatem, confutat: Carteſium, qui recurrit ad terrae calorem, deridet: alios attractionem praeſeferentes exufflat, & quaſdam neſcio quas *valvulas*, ſeu *animulas* in montium tubulis extare effutit, & tam nova & incongrua congerit de marinarum aquarum viribus *vivis & mortuis*, ut ipſemet ſuam obſoletam opinionem infirmare viſus ſit. Aquae itaque pluviales, ut a metallorum praeſertim foſſoribus compertum eſt, non ad decem tantum pedes, ut dixerat Seneca, ſed ad centenos paſſus infra terrae cruſtam deſcendunt, ac in intimis terrae cavitatibus veluti in ciſternis, & quaſi conceptaculis (*ὑποδοχὰς* vocant) colliguntur, diu conſervantur, ex *quibus deinceps*, inquit Gaſſendus ſect. 3. Phyſ. membr. 1. lib. 1. cap. 6., *qua potuerint anguſta quadam oſtiola, & ſenſim effluant, & fontes fiant*. Ex his colligere licet, quod in montibus, quorum culmina non terra bibula & pervia, ſed denſiſſimis argillis & ſtratis lapideis obducta ſunt, tenues, rariſſimi, vel nulli fontes reperiantur: quippe decidentes aquarum guttulae cum duriſſimum id genus montium corticem penetrare nequeunt, gravitatis vi prolabentes in torrentes abeunt, qui diu durare nequeunt. *Saranno privi*, inquit Vallisnerius, (*Annot. alla lez. Accad. dell. orig. delle fontane*) *di fonti ancor quelli, che coperti, e armati nella ſuperficie di pietre, o come immenſi ſcogli lavorati d'un getto ſolo, o incoſtrati d'altra non penetrevol materia, impediranno la penetrazione dell' aqua dentro loro*, ut videre eſt in celebri Valeſtra, plurimis licet antris, cavernisque pervia, jugis Genuenſis litori circumpoſitis, montibus Carſi in Carinthia, aliisque pluribus. Id ipſiſſimum Veſuvii verticibus accidere jam compertum eſt, non ſolum ob duriſſimorum lapidum, bituminumque ſtrata illuc tot vomitionibus paullatim conglobata, neque ob convallium ſinuoſitates jam aequatas, ſed potiſſimum ob cinerem de quo recentem rerum Nolenſium ſcriptorem tom. 1. pag. 136. ita phyſice differentem audire praeſtat, *perchè unta va queſta cenere di petreolo, o bitume di cui abbondano quelle interiori caverne, ſe piove ſu lei, a formar viene come una*

vi-

viſcoſa paſta, e ſi attaccaticcia alle foglie, ai tronchi, ed alle mura, che difficilmente levar ſe ne puote, ed in tal maniera pel dorſo de' monti diſtendendoſi impediſce, allorchè piove che punto d'acqua imbever ſi poſſa per li da ſe ſchiuſi pori la terra anzi fa che a guiſa d' un ſodo e piano corpo le laſci libero totalmente il corſo. Idem confirmavit ſubtiliſſimus P. De Turre Phyſ. tom.2. p.254. *la cenere è untuoſa e tenacemente ſi attacca alle frondi degli alberi; anzi i terreni, che ſono verſo la montagna, e perciò meſcolati la maggior parte di cenere, e d' arena non imbevono, ma tramandono immediatamente l' acqua rimanendo aſciutti*. Hinc illa vicinorum Agricolarum querimonia clamitantium Veſuvium non ignea tantum bitumina evomere, verum etiam iſthaec aquarum diluvia. Et an. 1631. 15. Decembr. noctis tempore, poſtquam Veſuvius bituminoſos fluvios eructavit, & ſparſis jam undique cineribus, incubuit pluvia, quae cum ab Veſuviano cortice imbibi nequiviſſet, ob cineream viſcoſam cruſtam, tota in ſubjectos ſe devolvit campos: & aquarum ductus ex parte montis ſeptentrionali, aquas Neapolim inferentes vaſtavit, & ex meridionali Retinae villas obruit. *Poichè*, ait laud. Remondinius, *trovandoſi tutta la ſuperficie della terra coverta di viſcoſa cenere, quaſi a guiſa di ben ſodo e liſcio corpo, laſciava che tutta liberamente allo 'ngiù diſcorreſſe a far quella sì ſtrepitoſa ed ampia inundazione*.

XX. Haec contra ſtat opinio Ray Anglici, Franciſci Gerii, Johannis Murenae, & Abb. Mecattii, qui Veſuvii Αβισσον, ſeu profunditatem enormem ac immenſam eſſe ſtatuentes, aquam contigui maris in Veſuvii caveas cadere, aut penetrare docent, atque haſce marinas aquas eſſe, quae, id äeris exigente aequilibrio, ad montis usque verticem aſcendunt, ac tandem cineribus immiſtae per Veſuvii latera effunduntur. Ultra progreditur Franciſcus Gerius exiſtimans etiam ventos ex mari in Veſuvii concava intrare, & hoc firmat, quod ventis e pelago ſpirantibus Veſuvius exardeſcit, hisque ſilentibus ſileat & Veſuvius. Item Veſuvium marinam aquam evomere legitur in litterato ſaxo an. 1631. Retinae erecto, & in alio, quod in Turri octava viſitur. Idem defenſat Cajetanus Amatus (*Diviſam. critic.*

 ec.

ec. p. v. 20.) idemque poſſibile eſſe affirmat P. De Turre tom. II. p. 261. Anno 1755. poſtquam Aetna terribili ſtrepitu ignem fumumque eructavit, ex ejus montis culminibus immenſum aquae torrentem ruiſſe ejus loci accolae teſtati ſunt. Hinc plurimi vulgo jactitarunt Vulcanos cum ſubjecto mari communicare, quod & probabit Cl. Ab. Nollet in Obſervat., quae Mem. Acad. Reg. an. 1714. Pariſ. editis, proſtant, cum idem confirmaverit ex aquis, quae ex illo monte, vulgo *Catopaxi* dicto, fluxerunt an. 1742. & ex illis, quae viſae ſunt in Vulcanis apud Inſul. *Lancerotta* dictam, an. 1750. Verum allatum ſyſtema phantaſticum eſſe, & ſolius vulgi praejudiciis confirmatum ſatis ſuperque evicit D. Buffon in Theoria tell. tom. I. p. 761. & tom. II. p. 337. quem oculatiſſimum Mecattium minime lectitaſſe vehementer doleo. Pauca hic, ne mei muneris transgrediar metas, urgenda puto. Primo eccur fuſis jam viſcoſiſſimis cineribus, tumidiores aquarum torrentes non ſolum e Veſuvio, verum etiam ab aliis, longe a Veſuvio diſſitis, montibus ruunt? *Si conferma anche ciò* (ait Cl. Remond. tom. III. pag. 304.) *dal ſaperſi, che ſimil danno ſoffrirono in sì funeſta occaſione le campagne ſoggette alle montagne di Avella dall'acque, che da queſte lor vennero ſopra, che quelle che ſtavano appiè del Veſuvio: e nell'an.* 1737. *la Città di Nola, che ſta in mezzo tra il Veſuvio ed Avella, ſopraggiunta dopo un'altro incendio una gran pioggia, correa gran riſchio di eſſere tutta allagata, ſenza che parte vi aveſſero al certo l'acque del mare bevute dal monte, ſe non eran pronti i Cittadini ad aprirle intorno de' foſſi per deviarla.* Deinde ſi ex vicino mari per occultos meatus Veſuvium ſubeunte, indeque facta via, erumpente, originem ſuam trahunt Veſuvianae aquae, neceſſe eſt ut ſalſae & amarulentae ſint, aut dicendum eas in Veſuvii fundo ſalſedinem amarulentiamque deponere. Primum autem falſum eſt: etenim Veſuviani torrentes, licet turbidi & pulverulenti, tamen dulciſſimam aquam evolvunt. Alterum *ἀδυνατον* eſt: quippe Guilielmus, Boylaeus, Vallisnerius, Georgius, & Redius omni quo potuerunt ſtudio tentarunt qua demum arte ſeparari poſſit ſal, aduſtumque ſulfur ab aquis maritimis, & nunquam e voto res ceſſit. Adiſis tutemet tot Phyſio-

ſiologos, qui hac de re ad nauſeam ſcribillarunt. Neque dicas maris aquas Veſuvii calore ita rarefieri, agitari, ac impelli, ut ebullientes a ſalinis particulis, ſenſim ſubſidentibus, ſeparentur, in tenuiſſimoſque vapores ſolutae ſurſum aſcendant, dulceſque evadant, quemdamodum vapores in äere: namque Vapores iccirco ſalibus privantur, quia ſolis vi & energia ad eam äeris altitudinem aſcendunt, ad quam aſcendere nequeunt ſalis particulae äere illo ſubtiliſſimo *ſpecifice* graviores. Per Veſuvii vero voraginem ſalis particulas aquis immiſtas ſurſum aſcendere poſſe & debere quis non videt? Quemadmodum enim ex imo Veſuvii fundo ſurſum ignium vi extolluntur immenſi lapides, cineres, bitumina, & alia id generis corpora graviora, ita & ſalis particulae.

Deinde in adverſariorum hypotheſi; ideo aquae maritimae ad os usque Veſuvii adſcendunt, quia mutatur aequilibrium. Audiatur Cajetanus Amatus ibid. *E ſiccome il fuoco aſcendente, e 'l vapore non dà luogo talora a quell' aerio cilindro, e colonna, che immergeſi nella bocca del monte, e profondandoſi, fa l' equilibrio delle vicine acque marine, così queſte, premute dall' atmosfera, aſcendono per profondi meati, e dalla gran bocca del monte talora ſcappano in fiumi*. Id autem quaſi in inſtanti, aut ſaltem motu maxime celeri fieri deberet, adeoque ſalis particulae ab aquis minime dividerentur. Ad haec, ſi maris aqua per occultum meatum excurreret in Veſuvii fundum, inibi caloris vi ſalis particulas relinqueret: poſterior aqua, quae ſenſim per eundem canalem illabitur relictas ſalis particulas, ibique ſubſidentes ſecum abriperet: adeoque cum totus Veſuvii fundus, veluti in magno alembyco, ſalibus refertus & conſtratus ſit, quomodo ergo ſuperveniens aqua permiſtos antea ſales relinquit, non vero majorem ſalſedinem, ac amarulentiam concipit? Explicandum denique remanet in hoc ſyſtemate, cur aquarum torrentes de Veſuvio ruant tempore, quo pluviae pleniores ac frequentes ſint; areſcant vero, quando nunquam pluit: mare enim Veſuvio ſubjectum, etiamſi diuturna ſiccitas contingeret, terram ſane penetrare poſſet, & ſupra Veſuvii verticem adſcendere: ergo Veſuviani torrentes non ex mari proveniunt, ſed ab pluviarum aquis, quae cum perdurum, cinereum,

ac impenetrabilem Veſuvii corticem penetrare nequeunt, deorſum prolabuntur.

Opponunt complures cum D. Antonio Parrino par. II. paragr. 15. in ſuo Crater. Neap. quem caecis oculis ſequitur P. Troyli hiſt. Neap. tom. I. p. 120. in Veſuvii bituminoſis torrentibus vera marina corpora reperiri conchas, oſtreasque, quod innuit, ajunt, Veſuvium cum Tyrrheno communicare, imo cum Aetna, cum Aenaria, & cum Foro Vulcani. Quod poſterius falſum eſſe docuerunt jam P. De Turre p. 115. & Cajetanus Amatus part. I. Ad primum occurro. Sane in mediterraneis praeſertim regionibus, & in montibus ipſis non raro piſces & conchylia lapideſcentia effodiuntur: id vero quomodo & quando evenerit, an in Univerſali Diluvio, ut autumnant Philo lib. de immortal. mund. Vooduardus, Muratorius (*Pirronismo confutato* pag. 233.) & Mazzochius *ſpicileg.* tom. 1. pag. 51. an ex mari ſuas ex intervallo ſedes mutanti, ut maluerunt Strabo lib. I. pag. 49. Herodotus lib. II. cap. 12. & nuper Fracaſtorius & Leibnitius, an ex montibus qui una cum illis corporibus ejectis e maris fundo olim fuerint actione ignis ſubterranei, ut nuperrime docuit Lazzarus Morus, an ex aura ſeminali piſcium, quae montium poros penetrans inibi foecundetur, & in lapideum corpus evadat, ut effutit Langius Lucernenſis, adhuc ſub judice lis eſt. Conſulatur Valliſnerius ad Rottar. & Ferdinandus Marſilius ep. ad Vallisner.

Ex dictis liquet, Veſuvium pluviarum aquas in ſinu ſuo minime recipere, vel ſi earum non parva quantitas per os montis illabitur, aut ſurſum ignium vi tollitur & expellitur, aut in Veſuviani bituminis generationem concurrit. Iterum Cajetanum Amatum audiamus ibid. *E perchè l'acque ſottopoſte come lagune, fontane per lo ſcompiglio interno ribollono, e meſcolandoſi colle pietre, e colla terra del monte impregnata di ferro, e di zolfo fermentano mirabilmente col favor del riverbero e delle fiamme; ſi forma una nuova generazione di bitume, come ſe foſſe una vitrificazione: la più parte del quale è acqua; il qual bitume ſalendo quaſi ſul doſſo degli incendj, e ringorgando, eſce in torrenti dalla bocca della montagna*. Tandem Veſuvius aqueos vapores no-

cte

ĉte dieque per os ſuum emittit : hinc ſiccum aridumque retinet alvum, & hinc, ut eo, quo longe digreſſa eſt oratio relabatur, ratio eniteſcit, cur Veſuvianae caveae conſuetam aquam fontibus & fluviis amplius non ſufficiant, & cur noſtrum Sebethum non foecundent eo modo, quo antequam Veſuvius ardeſceret foecundarunt.

XXI. Ageſis inſpiciamus, quaenam aliae cauſſae ſint, cur Sebethus antiquam aquarum copiam amiſerit. Sebethus, ut dictum eſt, maxime foecundatur a paludibus Sueſſulae, Nolae, & Abellae. Palus autem Sueſſulana, idem dicito de Acerrarum agris, priſca aevitate tanta aquarum affluentia fluctuabat, ut undoſum ferme mare imitari videretur : Clanius enim, quamvis ex parvis oriretur fontibus, aliquando immenſa pluviarum aquarum copia tumeſcebat, & circumjectos Acerrarum campos ſuperfuſus, paludem adeo foecundabat, ut continua craſſiorum vaporum copia ex illis erumpente, Sueſſulani patriis coacti ſunt excedere laribus, & Acerrae vacuae, ſeu infrequentes evaſerint. At in ſequiori aetate, ut ſcribit Jannonius lib. 32. tom. 3. *Era Napoli nel tempo del Vicerè di Toledo nell' eſtà oppreſſa da molte infermità, e la cagione principale era la corruzione dell'aria cagionata dalle paludi, per l' acqua che ſtagnava in quelle, le quali cominciavano dal territorio di Nola ſino al mare caminando per Marigliano, Averſa, Acerra, e l'Afragola; la quale corruzione talvolta augumentavaſi tanto, che s' infettava tutta terra di Lavoro, o gran parte di quella. Il Toledo dando a tanto male opportuno rimedio fece fare in mezzo di quelle pianure un gran Canale profondo con argini ben grandi alle riviere diſponendo il Canale in modo, ove tutte l' acque dalle paludi veniſſero ivi a colare, e che l' acque ivi raccolte a guiſa d' un gran fiume correſſero tutte al mare.* Poſtea vero Agricolarum diligentia Paludes in minores alveolos, qui rurſus in majores, ac tandem in regium Canalem, exonerantur, excavatae ſunt, in queis omnes aquae colliguntur, ac terram relinquunt (viſu mirabile) operi ſativam, quaeque temperatae ubertatis eſt, mollis facilisque culturae, nec madida, nec ſitiens, & poſt vomerem nigreſcens. Tantaene utilitatis ſunt hujusmodi foſſiones? Hinc haud importunum fore exiſtimo hic aliqua de hujusmodi alveis

veis latinis nominibus adnectere ex Mazzochio de Foſſ. Philiſt. *Carbonaria ipſo ſuo nomine prodit, ſe unam eſſe ex foſſis illis, non natura, ſed arte per Tuſcos excavatis: id quod & in* Sagis *nomine (quod ſect. 2. expoſuimus) &* Foſſionum Philiſtinarum, *deprehenditur. Verum ad carbonariam, quod attinet; ſciendum eſt, hodiedum id genus foſſas, quae a ruſticis ad ſiccandam in agris paludem fiunt, a noſtratibus agricolis vocari* Seccatoj, *ſive* Aſſeccatoj. *Nec aliud prae ſe oſtendit* Carbonariae *nomen: nam a verbo Hebraeo charab b. e.* ſiccari *fit hebraicum nomen* charbon (*cujus tantum plurale reperitur Pſ.*32. 4.) *i. e.* ſiccitas *& chaldaicum* charbona *ſignificationis ejuſdem, quod citat Aruch ex Targum Hier. Deut.* 28. 27. *& ſi ibi in noſtris bodie garba legitur, quae eſt* ſcabies ſicca. *Ergo apud Tyrrbenos* Carbona, *ſive* (*quia Etruſca dialectus Rbotacismo maxime laborabat*) Carbonar, *erat foſſa ad emungendam paludem facta* (il ſeccatojo) *unde terminatione latina eſt* Carbonaria. Verum illo redeo.

XXII. Paludes item Abellanae antiquo aevo uberiori aquarum copia undabant: ibi enim omnia, quae ex vicinis montibus ruebant, torrentia collecta manebant, non movebantur, ſtagnabant: nunc vero omnes harum paludarum aquae in multiplici canali ſuſceptae in Clanium abeunt, fugiunt, diſparent. Crevit ſummopere harum paludarum ariditas ex deficientia fluminis Abellani, quod antiquo aevo abbundantiſſima aquarum vena regurgitaſſe conſtat & ex Naumachia, quae in ipſo Abellano Amphyteatro exercebatur, cujuſque veſtigia etiamdum ſuperſunt, & ex puteorum & aquaeductuum multiplicitate, & ex S. Paullino, qui verſ. *66.* occinit

> . . . . *ſibi prima* (Abella) *fluentum*
> *Vindicat, & reliquo Nolanam profluit urbem*
> *Flumine multa rigans, & in agris praedia paſſim.*

Inſuper ait rerum Nolenſium recens Hiſtoricus, *Aveva S. Paolino nel Cimiterio più maeſtoſe fontane, ed ivi acqua non avendo . . . fece più volte premuroſe iſtanze alla Città di Nola, ſenza mai poterla ottenere . . . . quel però non volle far mai la Città di Nola, il fece generoſiſſimamente quella di Avella: e benche divideſſe*

la

la ſua copia fra Cimitile e Nola, non però mancar punto ſi vide a queſta nella vegnente ſtate l'uſata quantità d'acqua, che non ſolea per l'avanti . . . . Andò poi qualunque ne ſia ſtata la cagione ſempre minorando, perciò da S. Paolino fu detto fiume *in quel tempo quello, che fu detto* rivolo *dal Leone*. De hoc amne locuntur & Capacius lib. 2. cap. 30, & Thomas Coſto p. 3. lib. 4, & Nicolaus Amenta in capit. cui more ſuo adnotat. *E chi ſa ſe Virgilio nel* 11. *dell' Eneid. aveſſe avuto la memoria di queſto rivo, quando diſſe:*

. . . clauſo fit gurgite murmur,
Vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.

Quae niſi ludibundus interſperſerit Amenta ridendus eſſet: ſiquidem Virgilius *γενικωτάτως* ſe habet. Mirum ſane eſt in hoc capit. quanta conſuere, & incredibili confuſione conſarcinare potuerit Amenta vel falſa, vel vera, ſemellarum naeniis innifus. Quod & magis pateret ſi fato nimis acerbe non conceſſiſſet Paſchalis Blanchius Conlegii S. Petri ad Caeſaranum olim gloria, & decus, qui magnum opus meditabatur, *Antiquitates Abellanae*. Scripſit is Diſſertationem in qua probavit Abellam fuiſſe & Urbem, & antiquam, & perſpicuam, quam ſervat Cl. Nojae Dux. Verum e diverticulo ad viam. Cur ergo flumen Abellanum paullatim decreverit inquirendum eſt. Illud ego ſemper probavi. Montes ſcilicet ipſi Abellae imminentes immenſas in ſinu ſuo cavernas continere explorata res eſt: igitur in harum cavitatem flumen forte devolvitur, & inibi evaneſcit, vel in harum cavernarum gremio ſtagnat, uſque dum, aquarum creſcente mole, montium latera diſrumpantur, & qua data porta aquae irruant in Abellam. Haec delirantis ingenii ſomnia non ſunt: ſolida quippe traditione tenent cives, Abellam non hoſtium furore dirutam fuiſſe, ſed ex repentina olim aquarum inundatione.

XXIII. Agedum poſtremo. Nola antiquo aevo aquis abundabat, quae in eam derivabantur & ex vicina Abella, & ex Lauro, quo factum eſt, ut tanta in urbe undique aquae fuerit copia, ut ſingulae fere domus ſuos habuerint fontes. Hae in Caſtellum primum, non ſecus ac Romae, & ex illo a Caſtellario certa menſura di-

diſtributae in loca deſtinata effluebant. Hinc Remondinius tom. I. cap. XVIII. Leonem percellit id pernegantem. *E non ſapeva, che già vi fu venduta e donata largamente l'acqua pubblica a chi ne voleva? Era ancor certamente allora nel nobil Seggio in mezzo alla Città eſpoſta agli occhi di tutti quella marmorea lapida, che poi fu data alle ſtampe dal Piccart, dal Reineſio, dal Grutero, e dal Muratori, in cui fu con legge ſtabilito, che donar ſi potrebbe l'acqua della XC. tegola, e vender quella di tutte l' altre.* PRECARIO. AQVA. RECIPITVR. TEGVL. LXXXX. *E' la tegola, ſcrive il Reineſio, il meato dell' acqua, e tutt' inſieme una ſpecie di miſura, e perciò l'acqua di XC. tegule, che ſi può donare, importa quella quantità, che ſcorga da un foro quadrato di CX. di queſte miſure:* Eſt aquam ad tantum ſpatium, quantum LXXXX., tegulae conficiunt, ad uſum privatum concedi, ulterius non dari: ſcilicet ad preces. *Il che ſe vero foſſe, di quant' acqua uopo ſarebbe credere, ch' abbondaſſe Nola, quando in sì gran copia ne donava? E' ſebben di parer' io ſono, che quà non ſi debbono intendere XC. tegole d' acqua, ma bensì la novanteſima tegola dell' acqua, pur ſi vede apertamente, ch' eranci almeno XC. tegole, o canali, per li quali uſciva l' acqua pubblica, che o ſi vendeva, o donavaſi, e perciò a conoſcer anche ſi viene l' abbondanza dell' acqua, ch' era in Nola ne' tempi ch' era Repubblica.* Recte in meam pedibus ivit ſententiam Remondinius. Id autem nullimode probare quivi, nempe per TEGVL. LXXXX. debere intelligi ſpatium, quod nonageſima tegula conficit, non vero majus ſpatium, nempe, quod LXXXX. tegulae intercipiunt, ut felicius interpretatur Reineſius. Duplici rationi innititur Hiſtoricus hic, quas jam protulerat cap. V. *Ma poicchè per picciole, che ſi fuſſero queſte miſure, unite inſieme al numero di novanta importavano una quantità d' acqua molto conſiderabile per donarſi ad una ſola perſona in una città, ove l' acqua venir ſi faceva da lontano per aquedotti, e perchè al numero di novanta di queſte tegole non poteva farſi un' apertura quadrata nel mentovato marmo, vieppiù mi confermo nella propoſta opinione, che diviſa eſſendoſi l' acqua pubblica a moltiſſimi per varj condotti, e coſtui aſſegnata foſſe quella, che nel*

no-

novanteſimo paſſava. Verum haec nullius momenti ſunt. Primo enim neceſſe non erat, ut foramen, per quod ex aquario Caſtello egrediebatur aqua, eſſet quadratae figurae. Deinde aquae iſtae, quae plurimae erant, non ſolum ad domeſticum Nolenſium uſum diſtribuebantur, ſed praeſertim ad Hortulorum irrigationem: maxime enim cura providebatur, ne ſiccitate laborarent ſuburbani Hortuli, ideoque aqua canalibus ligneis, plumbeis, teſtaceis, & lapideis inducebatur. Porro & plurimos in Nolenſium ſuburbiis Hortulos floruiſſe conſtat jam ex Cereris, Floraeque fanis inibi extructis. Quid plura? Aulus Gellius lib. 7. haec habet: *Scriptum in quodam commentario reperi verſus iſtos a Virgilio ita primum recitatos, atque editos.*

Talem dives arat Capua, & vicina Veſevo
Nola jugo . . . .

Poſtea Virgilius petiiſſe a Nolanis aquam uti duceret in vicinum rus: Nolanos beneficium petitum non feciſſe: pöetam offenſum, nomen urbis eorum quaſi ex hominum memoria ſic ex carmine ſuo deraſiſſe, *oraque pro Nola* mutaſſe, atque ita reliquiſſe, *& vicina Veſevo ora jugo*. En quomodo Nolenſes aquae ad vicina rura derivabantur. Non me latet Ambroſium de Leone c. 2. Capacium praeſertim, Remondinium, aliosque allatum Gellii ſcriptum veluti fabuloſam exiſtimaſſe contra Peregrinium, Sannazarium, ceterosque. Verum ego cum ipſomet Gellio dico, *ea res vera ne, an falſa ſit non laboro*. Unum ex his deducere mihi liceat, nempe tempore, quo illud Gellianum commentarium exaratum fuit, Nolam aquis redundaſſe, aliter eam vicina rura irrigaſſe fingere non potuiſſent.

Idem dicito, ſed majori ratione, de paludibus infra Nolam: antiquis enim temporibus, praeter pluviales aquas inibi ſtagnantes, & montanos torrentes, ex radicibus Cicalae montis aquarum diluvium erumpebat ad Nolanorum internicionem, praeſertim an. 1424., & ſimiliter an. 1504., ut legitur in Epigraphe Nolano Sedili affixa. *Ab radicibus Cicalae montis uſque paludes a porta vicantia ad quingentos paſſus verſus Veſuvium illinc tenſa, hinc lata piſcoſa ſtagna Nolanos omnes febre*

mala

mala aeſtate una necarunt. Item an. 1594. quamvis Cicalae aquae non proruperint, tamen vernis pluviis cum nimis ſtagnaſſent paludes aquoſae, Nolae morbum in dies graſſabatur, ne autem urbs exhauriretur, metuente ſibi quoque a vicino periculo Parthenope, Principis juſſu repente ſumma poteſtate miſſus Petrus Antonius Maſtrillus, qui undantes aquas hinc inde diſpergens concives ab interitu eripuit. Anno 1600. iterum ex Cicala deſcenderunt aquae, quae per Nolenſium campos diſcurrentes, continuatam lacunam per plura milliaria efformarunt, peſtemque Nolae intulerunt. Anno 1601. iterum atque iterum ex Cicala aquae in Nolanas paludes irruerunt. Verum Nola, ait Remondinius tom. 3. pag. 280. *Abbia un' eterna memoria di ſua ſalvezza a Carlo Maſtrilli, il quale ritrovandoſi nel Supremo Magiſtrato della Città ordinò a tempo con pubblico editto a ſuon di tromba, che veniſſero i terrazzani coi loro ſtrumenti di lavoro, e col regolamento d' ottim' Ingegnieri fece cavar nuovi foſſi, per li quali ſi diede l' eſito all' acque negli antecedentemente formati, ed a far ſi venne come un fiume, che corſe per otto meſi alto più di cinque palmi inſino al mare*. Anno denique 1622. ex eodem Cicalae monte in Nolanum agrum fluctuarunt aquae. At Carolus Maſtrillus, conſulente Phyſico Ulyſſe Biancolella, & ipſorum Nolenſium ope, magnum effodit canalem, qui communicat cum Langynis regiis, & cum quibus in Liternum ſe exonerat. Antequam igitur hiſce aquis exitus daretur, & ad Liternum non uno alveo ſe ſe infunderent, pleniſſima in agro Nolano & plurima fuiſſe ſtagna, quae latum veluti mare repraeſentabant, nemo eſt qui inficiabitur. Hinc in campo, qui dicitur *il Piano di Palma*, arenulae, conchae, lapides aquis corroſi paſſim excavantur, & campus is vulgo dicitur CAMPO MARINO. Ex dictis elicitur origo illius naeniae, quam non pauci cum Canonico Ferrario cap. III. defenſarunt, ſomniantes Nolam etiam IV. ſaeculo maritimam fuiſſe urbem, in quaque traditione refellenda neſcio, cur tantum, ut ſuus eſt mos, adlaboraverit Remondinius cap. 58.

Quae huc uſque fuſius fortaſſe, quam par erat, illevimus, evincunt Sebethi fontes, ſive ex Veſuvii caveis,

ſive

ſive ex Atellae, Sueſſulae, & Acerrarum paludibus, ſive ex Nolae, & Abellae aquoſis agris revocentur, veterem aquarum venam, & alimentum paullatim deperdidiſſe, ac proinde nil mirum, ſi Sebethus ex flumine fluviolus evaſerit.

CAPUT OCTAVUM.

DE TRIBVS SEBETHI ALVEIS.

I. De Sebethi alveis dicturo primum mihi refutanda venit quorundam opinatio, quae ſpecioſa quidem, ac de ſumma facie ſtabilis videtur, ſi tamen ſpectes intimius, non una eam difficultate laborare, ſed ab imis ruere fundamentis miraberis. Placidus Troyli tom. 4. noſtrum Sebethum pene extinctum eſſe effutit, & mille arenarum acervis obvolutum in illa marina alluvione, quae accidit an. 1343. cujuſque humati fluminis veſtigia adhucdum extare blaterat in S. Petri Martyris puteo: hinc jactitat flumen quod hodiedum ex Bulla per Magdalenae pontem in Cratera ſe infundit non eſſe antiquum, verumque Sebethum, *Diciamo che un veſtigio del medeſimo oggi in Napoli ſi ritrova: eſſendo ſtata facil coſa, che egli ſgorgaſſe dal monte Poſilipo dietro del Caſtel Santermo, detto S. Efrem vecchio, e per la parte baſſa di Napoli ſerpeggiando tratto tratto di tempo fu riſtretto dentro le mura della Città, e con condotta di fabbrica in varj luoghi diviſo, ſpecialmente verſo l' Annunziata, ove ſi vede quel gran Bollo d' acqua, dov' erano l' antiche terme. Così pure ne furono molte condotte verſo S. Pietro Martire, e S. Maria la nuova in dove, vale a dire nelle conſerve di queſti due monaſterì. l' acqua ſi vede viſibilmente ſcorrere verſo il mare, e nella contrada de' cortellari dicono i Pozzari, che vi ſia un' Aquidotto tutto ripieno d' acqua, che nel correre verſo il mare con ſomma velocità, ſembri una grandiſſima Fontana, non già un rio, o un picciolo torrente: apportando orrore a colui per la prima volta lo vede. Quale acqua*

fu

fu coverta nella ſponda del mare, ove correa, da quella gran tempeſta ec. Haec ex Celano excripſit Troyli, adeoque ut rei falſitas deprehendatur totum Celani textum, etſi longiorem iſthuc exſcribendum putavi. *Da moltiſſimi* (Giornata IV. 119.) *de'noſtri Storici ſi ſcrive, che per la Città noſtra vi ſcorreva un fiume: ma ſaputo non hanno, qual foſſe l' acqua, e donde ſgorgava. Io però dico, che queſt'acqua era l'acqua del fiume, che ſi appellava* Sebeto, *perchè quello che oggi diceſi* Sebeto, *chiamato veniva* Rubeolo. *Vengaſi ora a provarlo. Tutti gli antichi Greci, quanto i latini mai fondarono Cittade alcuna ſe non preſſo l' acque perenni, come Roma preſſo il Tevere, Firenze preſſo l'Arno, e così dell'altre. Falero uno degli Argonauti, che fondò noſtra Città; che col nome del fundatore lungo tempo Falero ſi nominò, è ben da crederſi, che all' uſo greco preſſo dell' acqua perenne fondata l'aveſſe: non ſi può dire che fondata l'aveſſe preſſo l' acque perenni del fiume, ch'ora chiamiamo* Sebeto; *perchè in quei tempi erano molto dalla Città lontane, ed il letto del ſudetto fiume non era dove ora ſi vede: onde neceſſariamente dovrà dirſi, che queſt'acqua era quella preſſo della quale venne fondata la noſtra Città. In conferma di queſto principiando dal ſeggio di Porto, che prende il nome dal porto, ch' in quel luogo ne ſtava, tutta queſt'altra parte della Città ella era ſpiaggia, dove fino al tempo di Carolo I. d' Angiò vi ſi maturavano i lini. I lini maturar non ſi ponno nelle acque amare, dunque neceſſariamente eſſer vi dovevano le dolci, e che aveſſero avuto la loro ſcaturiggine.; certo è che l'avevan di ſopra, e fino a noſtri tempi la Chieſa di S. Pietro che ſta preſſo del ſeggio di Porto diceſi a Fuſarello, che viene dalla voce latina* fluo *ſcorrere. Poco diſtante da queſta Chieſa v'era il Seggio degli Aquarj, che per loro armi facevano due putti, che tenevano un dogliuolo, che verſava in abbondanza acqua: tutto queſto luogo poi dicevaſi il Fuſaro... Ora ſtante queſto vadaſi un poco ricercando d' onde ſgorgar potevano queſt'acque. Partiamoci da queſto pozzo, e camminando verſo ſopra... per prima troveremo nella ſtrada de' Calzettari di ſeta poco diſtante dalla porta laterale della Chieſa di queſto Convento nel fondico ora detto degli Auriemmi un perenniſſimo pozzo, che contiene un' acqua dello ſteſſo peſo, ſapore, e qua-*

qualità, che ha queſta di queſto pozzo di S. Pietro, eſſendoci io calato vi trovai tant'altezza d'acqua, quanto è queſta in queſto pozzo: e v'oſſervai una gran volta di fabbrica antica, che tirava verſo la Chieſa di S. Pietro: ed avendovi poſte certe barchette di carta con un pò di moccolo acceſo nel mezzo oſſervai che lentiſſimamente erano dalla corrente portate. V'oſſervai ancora un pò d'agitazione d'aria, che dava ſegno che l'acqua camminava. Andiamo più su, nell'accennato fondico anticamente detto de' Lazari, ora poſſeduto dalla caſa de' Signori Fuſchi, vi è un'altro pozzo perenniſſimo, nel quale l'acqua è in altezza ſimile alle prime, e della ſteſſa bontà, qualità e peſo. Si cammini avanti, ed arrivati al Seggio di Portanova, e proprio dove ſi lavoravano le ſedie di cuojo, nel fondico ora detto de' Barbati, vi è la ſteſſa acqua: ed in un giorno il padron delle caſe volendo rifare alcune fondamenta appena ſcavato pochi palmi ſgorgò un groſſo capo d'acqua, che fu deviato nel pozzo vicino, come ſi può vedere: Dietro di queſto fondico nel vicolo detto Patriziano v'era un famoſo bagno di queſt'acque, quale fu cenſuata dalle Signore Monache di S. Marcellino ad un tal di caſa della Monica: come appariſce d'antichiſſimi iſtromenti in pergamena, che nell'Archivio di detto Ven. Moniſtero ſi conſervano. Dentro dello ſteſſo Venerabile Moniſtero da me è ſtato oſſervato un capo d'acqua, che ſta rattenuto da una groſſa chiave di bronzo, e l'acqua è ſimile a queſta, e all'altre. Poco diſcoſto da queſto luogo ſotto del Collegio de' Padri Geſuiti, vicino le caſe delli Genuini vi è un pozzo, nel quale con empito grande ſi ſente ſgorgare l'acqua. Dall'altra parte poi ſotto del Monaſterio di S. Severino, proprio nella caſa de' Parrini, calate poche ſcale dal cortile, vi ſi vede una quantità grande d'acqua: e per molto che ſe ne prenda ſempre, vedeſi un'iſteſſo livello, ed ha l'iſteſſo peſo, e qualità dell'acque antecedenti: ed io vi notai una coſa, che l'acqua, che fa pozzo per commodità della caſa ſta ſopra di certe antiche mura d'opera reticolata: perlochè da ognuno chiaramente ſi può vedere, che queſt'acque ſgorgavano dal piede del colle, su del quale ſtavano l'antiche muraglie della noſtra Città, che ſtavano preſſo il Collegio de' Padri Geſuiti, e tiravano verſo la Chieſa di S. Se-

Severino: come pochi anni ſono, ſe ne viddero le veſtigia. E chi ben' oſſerva tutte queſt' acque averà certo da dire, che ſe dar gli ſi poteſſe commodo letto formarebbono un pereniſſimo fiume. Eadem repetit Celanus (Giornata X. pag. 19.)

II. Hactenus dicta quam ridicularia & abſona ſint, levi quidem brachio, ſed invicte demonſtravit, & φυσικῶς vir ille undecumque eruditus, qui citatum Celani opus ſumma ακριβεια emendare adlaboravit. Fatetur Anonymus hic, veterem illum fluvium, de quo noſtrates Hiſtorici locuntur, & haud parvum, fuiſſe Sebethum, verum jam miſero infelicique fato exaruiſſe, vel in ſubterraneis illis concavis aerumnabilem tolerare vitam ſabuletis undique, totque arenularum cumulis obvallatum & oppreſſum, ſtrenue negat, imo illum ad purioris lucis auras evectum omnium conclamatione defenſat, adhucdum, & perenniter fluere, & illum eſſe, qui in Bulla excipitur, & in inibi bifariam diſpeſcitur. Ut haec luculentiora evadant laudati viri longiora verba iſthuc exſcribenda duco. *Pretende il Celano, che quel fiume, il quale oggi corre per lo ponte della Maddalena non ſia l'antico Sebeto, perchè ſarebbe ſtato troppo lontano dalla Città. . . . ma queſto non è baſtevole a convincere tutti gli altri Scrittori, i quali difendono il contrario, ed a favore del Sebeto. L'antica Capua era tre miglia diſtante dal fiume Volturno, come atteſta A. Pediano ec. così Nola fu diſtante dal fiume Clanio. Nocera dal fiume Sarno. L'antica Galazia lontana dal Volturno, e dal Clanio. Così Teleſa dal fiume Sabato, ed altrettante conſimili non ſolamente quì nell'Italia, ed in Sicilia in tempo degli antichi Greci, ma nell' iſteſſa Grecia, colà nell'Acaja, e nel Pelopponeſe. Socione lontaniſſima dal fiume Aſopo, Tegea dal fiume Eurota; ed anche altre città ſenza veruno fiume affatto, come Cillene, Cipariſſo, Meſſeria, Pedauro ec. Adunque che mai potrà ſperarſi per difendere l' opinione del Celano, anche ſe il fiume Sebeto foſſe ſtato lontaniſſimo dalla Città di Napoli, oppure non vi foſſe ſtato il Sebeto medeſimo, o veruno altro fiume. Crede il Canonico Celano, che l' acqua nel pozzo di S. Pietro Martire ſia quella dell' antico Sebeto, ivi dipoi affogato dall' alluvio del meſe di Nov. dell' an.* 1345. *mentre trovavaſi in Napoli*

poli Petrarca, ed ingombrato il fiume da monti di arena perdeſſe la ſua corrente: ma di grazia ſe il fiume reſtò affogato, come mai dopo ha proſeguito a darne acqua in tanta copia ſino a tempi noſtri, che importa il corſo di quattro ſecoli e più? Se fin dall' anno 1343. *ſi otturò la ſorgente ſin da quel punto avrebbe dovuto in tutto e per tutto mancar l'acqua; o eſſendoſi impedito il ſuo cammino, e non già la ſorgente, avrebbe dovuto creſcere ed alzarſi in maniera, che sboccando fuora da i labri del pozzo allagato avrebbe non ſolo i luoghi convicini, ma tutta intera la città dall' uno e l' altro capo*. Quod certe non ſemel obſervatum eſt in fluvio illo, qui Mutinenſem agrum ſubterlabitur: etenim ſi ibi puteus effoditur, excavatur nimirum terra ad 63. pedum Rom. altitudinem, ac tenebratur argilla ſex pedum, ſubter quam proxime aqua celerriter excurrit, per apertum illud foramen fluminis aquae tanta vi tantoque impetu erumpunt, ut non ad terrae tantum ſuperficiem proſiliant, ſed altius quoque ad quinque pedum, ut Caſſinus in Arcis Urbanae fonte deprehendit, altitudinem extollantur: quemadmodum etiam in Jucatam dulcis aquae fontem 50. paſſibus a litore diſſitum ſupra terram cubito 1. erumpere docet Gaſſendus. Poſſet hic reponere Celanus id ipſum in Fluvio, qui in s. Petri Martyris puteo viſitur, minime evenire, quia ejus aquae leni quidem, & inſenſili, ſed tamen libero & uniformi motu in vicinum mare defluunt & impelluntur, ac proinde neceſſe non eſſe, ut ſupra livellam evehantur. Verum id quam falſum, quam ab omni veri ſpecie remotiſſimum ſit haec demonſtrant argumenta. Primo ſi id genus aquae in mare defluerent per ſubterraneas inanitates, certe ſalſedinem contraherent, quia portio aliqua aquae marinae per anguſtiores arenae meatus in illas ſe ſe inſinuaret, atque cum illis miſceretur. Quamobrem, ut ait Varennius, prope mare non uni exiſtunt Putei, qui ſalſiſſimam aquam contineant. Secundo deberent effluere, aeſtuante mare, ipſoque recedente decreſcere. Hinc Du-Hamel Phyſic. p. p. 11. T. II. D. 1. c. 1. plurimos refert puteos reciprocum maris aeſtum ſentire. Denique ſi exactiſſimum aeſtum habere non poſſint, cum effluxus, & refluxus in Tyrrheno ſenſibilis non eſt, ſaltem tu-

multuario motu turbari aliquando deberent, quemadmodum in aliis puteis advenit, qui cum mare communicant. Audiſis Vallisnerium (Annot. 38. alla lez. Accad. intorno all' origine delle fontane. Tom. III. operum pag. 28.) *concioſiacchè nel ritornare, che fanno i flutti verſo le rive urtano, e comprimono le acque dolci, ch' entrano nel mare, e vengono dai pozzi; onde riſoſpinte dall' acqua marina di mole più grave, e di moto più gagliardo, ritardano la loro uſcita da' meati della terra, e s' impediſce certamente il loro libero corſo; quindi è, che per la reſiſtenza, che trovano, allorà ringorgono, rigonfiano, e s'alzano ne'pozzi, ne'quali tornano a calare, perchè ritornano liberamente a fluire verſo il mare, e a ſcaricarſi, perchè ceſſa la reſiſtenza, e l'empito de flutti contranitenti. Ciò appare manifeſto ne'rivoli, e ne'fiumi eſterni, ch'entrano nel mare, ſeguendo il medeſimo fluſſo e rifluſſo, quando ora laſciano libero, ora impedito il corſo all' acque loro; ſapendo ognuno, che non ſeguono mai inondazioni più lagrimevoli de'fiumi, che quando il mare gonfia, ed urta, e riſoſpinge le acque dentro il loro letto.* Quod ſi fontibus fluviiſque apertum alveum habentibus evenit, potiori ratione evenire & deberet huic ſuppoſititio fluvio undique velut in ſtrictiſſimo ductu lapidibus, & arenis circumſepto: etenim maris aqua, dum celeri perturbatoque impetu agitatur, ita in occultos hujusmodi meatus impellitur ac urgetur, ut illam ad ſuperiores etiam montium ſummitates aſcendere plurimi cum Plinio II. cap. 65. arbitrati ſint. Quae omnia in S. Petri M. puteo minime viſuntur, cujus aquae ſemper & dulces ſunt, & nullo motu volutantur. *E poi* (proſequitur Anonymus) *l'acqua è chiara come un Criſtallo e leggeriſſima, perchè fu trovata per miracolo, allora quando verſo l'an.* 1440. *trovandoſi Priore in quel convento il glorioſo S. Antonino, che dipoi verſo l' an.* 1446. *fu per comando eſpreſſo del Pontefice Eugenio IV. dovette accettare l' Arciveſcovato di Firenze, e lagnandoſi i ſuoi Religioſi, che non avevano acqua buona per bevere, egli il Santo comandò, che cavato aveſtero in quel luogo, ove ſi vede il pozzo.* Non me latet F. Dominicum M. Marcheſium in S. Diar. Dom. tom. 3. p. 20. id miraculum in dubium vertiſſe. *Non avendo quel Convento acqua molto buona da be-*

re

re egli o per ſcienza naturale, o come piamente ſi crede per divina rivelazione, ſe cavare in un angolo del chioſtro, ed ivi con poca fatica trovò un' acqua così perfetta, che, con eſſere queſta Città tra gli altri doni ricevuti dalla liberaliſſima deſtra di Dio, provveduta copioſamente di prezioſiſſime acque, tutte nella chiarezza, leggerezza, ed incorruttibilità cedono a quella di queſto pozzo, che ſino ad oggi ſi chiama il pozzo di S. Antonino, e perchè non ſi è veduta mai ſcemare, quantunque non ſolo il Convento, e molti particolari della città, ma anco le Galere, e i Vaſcelli, e l'Armate, ſogliono provvederſi d'eſſa, che ſi mantiene ſempre incorrotta. Verum de hoc B. Antonini miraculo moderatius loquitur ipſemet Celanus. Ecquis enim ſibi non ſuaſerit hujus aquae inventionem, puritatem, levitatem, incorruptibilitatem, & indeficientiam ſupernaturalia eſſe? Verum haec non urgeo. Satis eſt mihi eviciſſe, aquam illam fluvialem non eſſe, ſed inibi exprimi, paullatim colligi & exſurgere. Nonne innumerae intra & extra urbem hujusmodi aquarum ſcaturigines viſuntur? Forſitan & hae ex tot arenatis fluminibus aluntur? Nequaquam minimi.

III. Quod & ſolidiſſime firmatur ex Pontani auctoritate, qui de B. N. lib. *6.* ſcrupulum tollit omnem, ajens antiqua tempeſtate in loco, ubi id generis putei viſuntur crebras aquarum fontanulas exſtitiſſe: *ipſius quoque ad collis ima fontes tum manabant ſcatebroſis ſub rupibus, qui nunc etſi paucioribus locis, in ipſa tamen maris ora ſubter aedificia defluentes ſcaturiunt*. Quod & comprobavit Summontius lib. I. cap. 251. Adde ſis. Hujuſmodi putei non in una, eademque urbis regione extant, verum quoad ſitum inter ſe diverſiſſimi ſunt, alii ſuperiores, alii inferiores: ergo ex uno eodemque fluvio coaleſcere non poſſunt: Fluvius enim non poteſt deſcendere, & aſcendere juxta Hydroſtaticae leges, niſi fuerit undique, veluti in tubulis, concluſus, quod diu ſaltem in ſubterraneis meatibus evenire nequit. Denique hujuſmodi puteorum aquas non perpetuo in ſubjectum mare ſe devolvere apprime firmatur, ex eo quod minime labi videntur, & ſi eorum aquae jugi hauſtu non permoventur, mox puritatem amittunt, marceſcunt, putidiſſimoſque generat vermiculos, ut paucis ab hinc annis cives in S.Petri M.puteo

Digitized by Google

experti ſunt. Hac quoque in re mihi refragatur Martorellius D. Calam. tom. II. ubi loquitur de Agarrheenſium Fratria: *quoad vocis etymon, vel qui parum Graece ſapit, novit eam adnotare locum aquarum fluentis redundantem, quare ejuſdem ſobolis adjunctum, ſcilicet ἀγάῤῥοος, ſaepe Homerus Helleſponto tribuit: ἡ Ἀγάῤῥεῶς inflectendo Attico more peraeque, a ὁ πειραιῶς, & ſicuti huic ſemper ὁ λιμὴν, illi ἡ φρητρία intelligitur. Porro eam Neapoli Agarrheenſem regionem dictam eſſe non inficiabitur, quae multis aquarum ductibus exuberabat. Cumque adhuc aevo noſtro una ea regio, quae prope D. P. Martyris eſt, aquis belle ſalientibus ac ſalubribus ſcateat, atque audiam a probatiſſimis civibus maximum Fluentum ſubter earum viarum tractus decurrere*, cet. Ac primo Agarrheenſium Fratria veluti commentitia rejici poſſet: nam olim locus, ubi hodiedum S. Petri Martyris adcubat Eccleſia, totaque ejus vicinia nulla habebat aedificia, palus erat, aut littoralis ora, arenis undique vel herbis conſita, & ob aquas inibi redundantes inhoſpita, ut non uni noſtrarum rerum Hiſtorici tradiderunt. Verum haec ad rem minime ſpectant, & alibi diſcutienda ſunt. Quod vero vulgo fertur maximum fluentum ſubter imam hance Neapolis regionem perenniter fluere, id ad fabulas amandandum. Quod vero negari minime poteſt illud eſt: in pluribus nempe ejusdem regionis ſubterraneis concavis lata quaedam, & non una viſuntur aquarum receptacula, ſed quae nil, vel leniter moventur, quaeque inibi colliguntur ex tot aquularum rivulis alibi exorientibus, atque illuc redundantibus. Hi ſane aquarum euripi, ſi aliquando excreſcunt, tumidum ac labile flumen referunt, ſed quidem falſo: ad id enim credendum cogunt eorum locorum tenebrae, atque ipſa ſilentia, vel, quod ſaepe accidit, ipſarum aquarum fluxus, qui licet in ſe minimus ſit, tamen in craſſo, obſcuro, atque undique concluſo äere ingentem rumorem exerit.

Ecquodnam igitur, ut ad rem tandem veniamus, fuit flumen illud quod antiquitus Neapolim interfluebat? Ajo Sebethum fuiſſe, ſeu illud ipſiſſimum, quod in Bulla collectum bifariam ſcinditur. *E chi non comprende* (cum laudato Anonymo concludo) *che queſto ſia lo ſteſſo fiume,*

me, il quale ne' vetuſti antichi ſecoli ſano e ſalvo tutto intiero correa per la città nel ſuo letto ſcoverto, e di poi andava a far capo in qualche luogo vicino al mare? Quando poi cominciò a baſolarſi ed abbellirſi la città, per poterne rinchiudere il fiume con proporzione negli aquedotti ſotterranei fu duopo dividerlo in due rami, l'uno ſcoverto verſo il mare, che oggi conſerva l'antico nome di Sebeto, ma molto picciolo in confronto dell' antico; perciò deſcrivendolo Boccaccio diſſe, minuit ſua praeſentia famam, *l'altro dice lo ſteſſo autore, per occulti canali fabbricati da' Napoletani ſe ne va naſcoſto a provvedere i loro formali.* His ad liquidum perductis, fateamur neceſſe eſt, primum Sebethi alveum ad interiora usque urbis moenia patuiſſe, qui & terminabat, opinor, ad mare proxime portam, quae ad mare ferebat, qui locus hodie *Portus* etiam dicitur, ubi ante illam celeberrimam tempeſtatem, paludes exſtabant, per quas Sebethus aliis circumſurgentibus aquis auctus ſe ſe expandens Aegyptium Nilum referebat, ut ſcripſit Villani lib. 1. cap. 14. Hinc irridendi non ſunt illi, qui hanc regionem, olim paludarem, Nilenſem dictam eſſe, ajunt, quod inibi Nili more Sebethus ad civium commoda preterfluebat.

IV. Hactneus vero de primo Sebethi alveo, ad ſecundum veniamus. Neapolitani paullatim urbis ornatui, & dilatationi ſtudentes Sebethum in ſequiori aetate a primo alveo abduxerunt. Quandonam vero id fecerint, nemo adhuc feliciter demonſtravit, etſi alii alias conjecturas facere potuerint. Relicta igitur hujus mutationis epocha, ajo Sebethum ab urbe extortum, e Fontanellis, ubi exeritur, mare petiiſſe per proclivem alveum ab hodierno longe diſſitum. Memetipſum explano ipſius Celani verbulis (G. X. pag. 12.) *Era aſſai più lontano da queſto, dove oggi ſi vede, ed era eſſo più di là dal luogo, dove ora ſi dice i Mulini a vento, o proprio in quella parte, dove ordinò Carolo I. d' Angiò, che ſi faceſſero i Fuſari per maturare i lini, che prima ſi maturavano ove ora è ſeggio di Porto; nè ſi trova in iſcritture antiche, che in queſto luogo vi foſſe ſtata ſorgenza d'acqua baſtante a maturare i lini, oltre che ſe ne vedriano le veſtigia; dunque probabiliſſimo reſta, che queſt' acqua foſſe ſervita a queſto effetto. Trovaſi di più, che queſto luogo dove ſi ma-*

maturavano i lini di là dalli Mulini già detti, dove ſi ſepelliſcono, e le teſte de'Banditi, che vengono in Napoli, e le membra di coloro, che per gravi misfatti, ſono ridott' in pezzi, vien chiamato il Ponte Ricciardo. Et inferius. *Oltre di che ſi trovò in uno iſtrumento originale in pergameno che ſi conſerva nell' antico Archivio del Moniſtero di S. Marcellino, ſtipulato a 20. di Giugno dell'anno 1184. Indizione 2. che un tal Sergio Cape dona al Moniſtero un pezzo di terra, ſito vicino al luogo, per dove paſſa queſt' acqua, e nominando i confini così dice.* Non longe a loco qui dicitur Porchianum foris flubium, juſta terram S. Gaudiuſi, flubium, qui dicitur Rubeolum, *che queſt' acqua paſſi per lo territorio, che diceſi Porchiano, dov' al preſente v'è una chieſetta governata da gran tempo dalla comunità de' Sellari, che nominata viene S. Maria a Porchiano non v'è dubbio; dallo che ſi ricavò che queſto fiumetto chiamavaſi Rubeolo, e tirava a dirittura al mare ec.* De eodem fluvio, in hoc ſecundo alveo fluente, mentio fit in quodam inſtrumento tempore Guilielmi Regis, in quo Marinus Imperatus, & Maria de Caſtello, dicuntur *abitatores* de loco, qui nominatur *Portici* parte foris *flubeum*. Verum Hactenus de ſecundo Sebethi alveo. Ad ultimum tranſeamus.

V. Neapolitani forte deficientibus urbanis aquarum ſurgentiis iterum Sebethum ſtructis Bulla & Aqueductu intra urbem induxerunt. De Bullae & Aquaeductu ſtructura, magnificentia, forma, & utilitate ad ravim usque ſcriptitarunt Jo. Villani Chronic. cap. 17. Pontanus de Bel. Neap. 17. A. Summontius lib. 1. pag. 234. Capacius lib. 2. cap. 7. P. Summontius Adnot. ad Erid. Celanus variis in locis, aliique: hinc unum mihi tantum diſcutiendum ſupereſt, nempe quoto aevo, quove auctore, per Labullarem Aqueductum Sebethus intra urbem ſit derivatus.

Jo. Villani ibid. aſſerit Sebethum Virgilii tempore intra urbem inductum fuiſſe, & Pontanus ibid. ait, *priſcae quoque urbis magnificentiae praeter ipſa moenia eſt maximo inditio fluvius intra urbem inductus .. antiquum ſane opus*. Verum haec falſiſſima ſunt, & quia, ut evicimus, Sebethus antiquo aevo propter ipſius urbis menia revelato alveo fluitabat, & quia Bullae ac Aquaedu-

ductuum ſtructura nullum antiquitatis veſtigium profert: Hinc Celanus (Giornata X) ſubdit *gli aquedotti poi tutti ſono di fabbrica, che non ha molto dell' antico, e ſe mi ſi diceſſe, puol' eſſere che ſiano ſtati rifatti; riſponderei, che ſempre dell' antico ſe ne vedrebbe qualche reliquia*.

Alii ariolati ſunt Bullae & Aquaeductus auctorem fuiſſe Conſtantinum, quem bis Neapolim adventaſſe blaterant, ibique S. Reſtitutae Baſilicam feciſſe, ad cujus commodum, praeter alia, feciſſe quoque formam Aquaeductus per milliaria octo, ut conjectatur Celanus (*Giornata VIII.*) qui ſibi non conſtat. *Conſtantino per non far mancare l' acqua alla Chieſa da lui fondata, fece forſe fare queſt' aquedotto, e preſe l' acqua dal monte di Somma, che appunto otto miglia è lontano da Napoli*. Quod confirmant ex eo quod in Damaſi Pontificali habetur. *Obtulit* (Conſtantinus) *duas patenas argenteas* cet. *fecit etiam formam aquaeductus per milliaria octo* cet. Verum hic de S. Reſtitutae Eccleſia non agitur. Deinde ut horum falſitas deprehenderetur duo hic demonſtranda eſſent. Primo Conſtantinum nuſquam Neapolim veniſſe. Secundo nullam inibi Eccleſiam aedificaſſe; ſed haec jam occupata ſunt ab Ludovico Sabbatino in peculiari Differt. Kalend. tom.4. pag.76. inſerta, qui in adnot. pag. 78. ait *multas Eccleſias a Conſtantino piiſſimo Caeſare Neapoli conſtructas fuiſſe ii omnes ſcripſerunt, qui aquam ex flumine conſueverunt bibere .... fabulae profecto & putidae*. Ita exclamat contra Jo.Villani, Caeſarem Engenium, Caracciolum, Petrum de Stephano, Carolum de Lellis, & P. Caracciolum. In Sabbatini ſententiam ivit Mazzochius, verum Anaſtaſii Biblioth. auctoritate fractus, concedit Conſtantinum ſaltem unam Baſilicam in urbe Neapoli feciſſe, additque Kal. tom. 1. pag. 410. hujus Baſilicae appellationem IX. exeunte ſaeculo detexiſſe Jo. Diaconum, in Epiſc. Zoſimo ſcribentem: *etiam in urbe Neapoli Baſilicam fecit* (*Conſtantinus*) *aſſerentibus multis, quod ſancta Reſtituta fuiſſet. Atqui ea verba*, ait pag. 346. *nil aliud ſignificant, quam aevo Joannis a multis h. e. a multitudine exiſtimatum fuiſſe, Baſilicam a Conſtantino Neapoli aedificatam non aliam fuiſſe, quam illam, quae*

ejuſ-

ejuſdem Diaconi aevo vulgo S. Reſtituta dicebatur . At venia tanti viri , quem ſumma veneratione uſque colui, huic ſententiae nuſquam adquieſcere quivi , quae mihi ſaltem dubia videtur I. veroſimile non eſt Conſtantinum in principe noſtra urbe tantae molis Baſilicam feciſſe, atque ei nullum titulum, aut nomen dediſſe. Aedificavit in Jeruſalem templum , ſed id Anaſtaſin, ſeu martyrium nuncupavit. Videſis Valeſium & P. Pagium . II. Jo. Diaconus rem tamquam non certam narrat, cui concinit auctor vitae S. Athanaſii Ep. Neap. quam Petro Subdiacono tribuunt his verbis: *Eccleſiae vero S. Reſtitutae*, *quae a Conſtantino primo Auguſtorum Chriſtianiſſimo*, *ut fertur*, *condita eſt*. His adde quod hi duoviri pluſquam quingentos annos poſt Conſtantinum victitarunt . III. Auctor Chronici S. Mariae de Principio, David Romaeus, Caeſar de Engenio, Chioccarellus, Ant. Caracciolo, auctor Rom. Martyrologii, Baronius, Bollandiſtae, aliique, qui Mazzochianam hanc ſententiam jam adoptarunt, addiderunt etiam Conſtantini juſſu S. Reſtitutae corpus ab inſula Aenaria Neapolim fuiſſe translatum, atque in hac Baſilica, ab eodem Imperatore ei martyri conſtructa, reconditum. Quae quam ab veri ſpecie abhorreant , quamque puerilia ſint , ad ravim uſque demonſtravit ipſemet Mazzochius ſcriptitans non ante VII. ſaeculum, nec poſt annum Chriſti nongenteſimum eas reliquias Neapolim advectas fuiſſe. Denique omnia argumenta a P.Sabbatino allata nullam Eccleſiam ab Conſtantino Neapoli factas fuiſſe, aeque & hanc mei Mazzochii ſententiam oppugnant. Ex dictis colligere mihi liceat falſos eſſe, qui ſcriptitarunt Conſtantinum ad hujus Baſilicae ſuppoſititiae uſum, feciſſe formam aquaeductus per milliaria octo. Ceterum concedat mihi Mazzochius nullum aquaeductum feciſſe Conſtantinum, & ſua ſententia fruatur.

His ad liquidum perductis, alia, & non inanis objectio mihi diluenda occurrit. Reponunt. S. Gregorius lib. 8. cap. 24. praecepit Fortunato Epiſc. Neap. ut reſtitueret aquaeductum Ruſtico: hinc, ait A. Summontius lib. 1. *potria ben' eſſere*, *che queſto Veſcovo confidato alle ragioni di Conſtantino aveſſe occupato l' acquedotto* . Verum haec imaginaria ſunt. Primo ſi aquaeductus hujusmodi

ab

ab Conſtantino in Eccleſiae beneficium fuiſſet extructus, certe pertinuiſſet potius ad Eccleſiam, quam ad Ruſticum, virum ſaecularem. At S. Gregorius qui tunc temporis Metropolitani more particularem jurisdictionem in noſtris Eccleſiis, quae inter ſuburbicarias Provincias adnumerabantur, exercebat, juſſit Fortunato, ut Aquaeductum injuſte ablatum reſtitueret Ruſtico. *Idcirco fraternitatem tuum hortamur, illico ut praeſentia ſcripta ſuſceperit, Theodorico viro magnifico majori populi portas & Ruſtico viro clariſſimo ſeniori aquaeductum ſine aliqua contentione reſtituat, ne in hac re moram, vel aliquam excuſationem interſerat, ſe culpam indiſcretionis interſerat, ſi quod ultra facere debuerat, admonita differendum qualibet ſorte putaverit.* Neque excuſationem diſtuliſſet Fortunatus, ſi, ut ogganiunt adverſarii, aquaeductus jure ad ipſum pertinuiſſet. Igitur Gregorius, & Fortunatus illum aquaeductum ad Eccleſiam ſpectare minime arbitrati ſunt.

Hactenus noſtrae principis Urbis Fluvium illuſtraſſe ſit ſatis. Demum univerſi advertant, rogo, neminem huc uſque de patrio Sebetho aliquid ſcriptitaſſe, & me primum neglectam hanc diu ſpartam, nullo praeeunte, exornaſſe. Ceterum omnia oblectationis potius gratia, quam gloriolae aucupandae ſtudio ſcripta ſunt. Quod ab initio notavi, id & poſtremo iterum notandum duxi. Haud deerunt fortaſſe, qui me non ſemel acerbiori verbulo in Cl. Martorellium uſum eſſe effutient, aut vocibus, quae odii plenae videntur: verum gelidiſſimae conſtitutionis id genus homines meticuloſiſſimos valere jubeo, aut advertere quae Art. Cogit. Auctor part. III. cap. 20. illevit: *Quis acriter invehitur in opinionem, quam perniciosſam* (aut falſam) *credit, hinc forſan odii, offenſionisque accuſabitur adverſus eum, cujus haec opinio eſt. Sed inique & temere: quum haec acrimonia naſci poterit non minus ex veritatis zelo, quam ex perſonarum odio* cet. Ipſemet, maximae notae vir, Martorellius, qui liberum ſcribendi modum verbis, & exemplo probavit, & cujus in pectore morum virtus plurimi valet, nec eum inficit recti honeſtique ignoratio, haec novit ante alios, ideo amplius non urgenda. Sed tandem aliquando

Claudite jam rivos pueri, ſat prata biberunt.

ECLO-

ECLOGA

CVI NOMEN

SEBETHVS. (1)

EXpectatus adeſt revolutis menſibus annus:
Jam properat Virgo: laetetur candida Siren:
Totaque feſtivos geminet Campania plauſus:
Jam properat Virgo: redierunt aurea ſaecla:
Nunc juvat undoſos tractus, Neptunia regna,
Tyrrhenoſque ſinus lunato excurrere lembo:
Nunc juvat & patria deducere carmen in acta,
Et ſpectare vagas Crateridas ire per undas.
At tu, quae noſtrae Spes, Lux, & Gloria gentis
Exoptata venis, ſummo Virgo edita caelo,
Rumpe moras omnes: nec te materna morentur,
Aut te pelliciant opulenta & maxima regna.
Huc ades, & celeri, Regina, allabere curſu:
Huc ſpes noſtra veni: noſtros ne deſpice luſus.
Nox erat in curſu: niveos rotata capillos
Ad culmen Phoebe jam jam properabat Olympi:
Candida transverſo trepidabant ſidera motu:
Ad mare luctabant trepidiſque Favonius alis,
Et volucres undae: pueri juveneſque lucernis
Aequora luſtrabant, & circum litora, circum
Crateris ſcopulos ſua raetia quisque legebat.
Cum ſomnum in media Sebethus nocte repellit
Undiſonumque torum linquit, projectat & urnam:
Conſperſum capiti fucum diſcerpit, & algas
Frangit, & infauſta circumdat tempora fronde.
Clamitat inſuetus. Vicini litora ponti

Cla-

(1) *Quatuor jam praeterierunt anni, ex quo luſitans Eclogen hanc texui, eaque cum in pluteis ingloria diu latitaverit, nunc paucis adjunctis, & ſocia comitata Diſſertatione in publicam prodire lucem ad lectorum oblectamentum nil metuit.*

Clamorem referunt. Zephyri ſua flamina ponunt.
Mirantur ripae, ſtupidae mirantur & undae.
Dant gemitum Nymphae Craterides. Ipſe Palaemon
Flebilis inſtaurat veteres cum matre querelas.
Stat lacrimans Delphin. Triton ſub gurgite frontem
Obruit, & querulum fundit ſub gurgite cantum.
Hinc fulicae, & mergi per concava ſaxa repoſti
Incipiunt longas in fletum ducere voces.
Advenit & cuſtos Proteus, pecudesque relinquit
Advenit & Nereus, quae tanta inſania? dicunt.
Ingeminant luctum Nymphae. Longinqua reſultant
Aequora. Jam gemitum fundo Neptunus ab imo
Sentit, & heus, inquit, quis tantus clamor ad auras?
Sed flentis caſum fluvii miſeratus amici
Congemit ipſe etiam, & lacrimis ſe humectat obortis.
Ille autem linquens antrum, muſcoſaque tecta
Multa gemit: tandem ſummis haec fatur ab undis.
Infelix ergo ſemper querar? amplius ergo
Per te non Flumen, ſed rivulus, invide, dicar?
Fons ego, non Flumen, tam vili nomine dicar?
Ros ego, non Flumen, quaenam injuria, quaenam
Heu tandem ſupereſt infamia? Siſtite cantum
Aonii vates, incoeptos rumpite verſus,
Non licet antiqua Sebethum voce vocare.
Dicite me Fontem, me parvum dicite Rivum.
Quid ruis in ſanctos? tandem, temerarie, tandem
Deſine ſacrilega convicia fundere voce.
Cur mihi, reſtituit quam Maevius Eutychus Aedem
Surripis, & rides numen? nomenque Fluenti
Quod Mitrhae collo ſervavit & ipſa vetuſtas,
Impie, quid laceras? ſanctum ſic temnere numen
Audes, & ſuperos verbo irritare profano?
Nec te clamantis Phlegyae (2) ſuſpiria tangunt?
Nec te deterrent disjecti fata Typhoei?
Rivulus ergo vocor, vel Fons! quid denique reſtat?
Ipſum Sebethi nomen radice retortum
Judaea tenuem undarum me denotat. Ergo

Pau-

(2) Aeneid. 6. 618. *Phlegyasque miſerrimus omnes*
Admonet, & magna teſtatur voce per umbras
Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere Divos.

Qui circumfuſi nobis tot ſidera caeli
Prodidit. Hei miſero! ſed nil haec omnia profunt,
Si tantum tibi diſpliceo. Quis credere poſſit?
Si tibi diſpliceo, ſaeviſſime Martorelli.
Ah quoties, ingrate, mei prope fluminis alveum
Luſiſti! quoties ſacra tibi tempora lauro
Praecinxi! quoties (memini) de gurgite glauco
Surrexi plauſu excipiens tua carmina! ventis
Perditus haec feci, miſer hoſtibus arma paravi.
Omnia collaudas. Per te jam graja (5) ſuperbit
Parthenope diſcuſſa jugum ſervile, nec illam
Amplius indigna (6) Romani voce ſalutant.
Tu Capreas (7) oleo, vino, pomiſque feraces,

No-

---

dell' Adoleſcenza, e de' primi progreſſi del Sannazaro, e dal quale ebbe il nome di Azio Sincero, *con cui preteſe il Pontano di alludere agli amori peſcatorj introdotti dal Sannazaro in* Acta, *cioè sù i lidi del mare; e ſecondariamente alla ſincerità del ſuo cuore. Huc ſpectant Pontani Meliſeus, Maeon, & Acon, & Baſilii Zanchii Meliſeus, ſive ecloga in funere Pontani pöemat. lib. V. & illa Sannazarii Eclog. 2.*

. . . . hanc mihi paſtor
Ipſe olim, dedit hanc paſtor Meliſeus ab alta
Cum me forte ſenex audiſſet rupe canentem.

(5) *Martorellius pag.* 462. *uſque ad* 534. *probare conatur poſteriori aevo a Tib. Aug. per octingentorum fere ann. curſum rem Neapolitanorum* ἑλληνικῶς *ſe geſſiſſe, & perduraſſe.*

(6) *Neapolim nunquam fuiſſe Coloniam adverſus Reineſium, & Mazzochium, alioſque eruditiſſimos viros oſtendit, & fidem multorum lapidum, quos iſti recitant, elevat, & audaciter peſſumdat pag.* 427.

(7) *Pag.* 477. *Ditium Caprearum inſulam undecumque illaudat. Cariſſima Martorellio haec inſula eſt, praeſertim cum Helena de Vivo Neapolitana matris ejus germana ſoror inibi denata ſit. Miror Martorellium in hujus inſulae praeconio illud Taciti praetermiſiſſe, qui Caprearum amoenitatem deſcripturus, ſic incipit:* Caeli

tem-

Nobilibus cultasque viris, avibusque canoris
Felices celebras, meritis & laudibus ornas.
A te Puteoli (8), juga florida Pauſilypi (9)
Mergellina (10), palus Agnana (11), Megalia curva (12)
Tau-

---

temperies hieme mitis, objectu montis (*h. e. promontorii Surrentini*) quo ſaeva ventorum arcentur: aeſtas in Favonium obverſa, & aperto circum pelago peramoena: proſpectabatque pulcherrimum ſinum, *cet. Hinc Mazzochius Spicileg. pag.* 75. *Caprearum amoenitatem Jordanicae regionis deliciis parem facit.*

(8) Pag. 457. *Puteolos vices municipiorum, & coloniarum ſubiiſſe probat. De Puteolis nova plurima & mira dicturus erit Martorellius in grandi opere, quod brevi lucem accipiet, praetitulatum* De Puteolana Chorographia.

(9) Pag. 420. *ait* „ Neapolitanos meos rogatos volo, ut advertant penultimam Pauſilypi producendam, cum voce λυπη, atque ea compoſitis ita utantur Pöetae omnes. *Et in Gramm. Graec.* 559. Quindi non ſappiamo la ragione, perchè Sannazaro, ed altri freſchi eccellenti Poeti in queſta voce ſi preſero libertà di far brieve la penultima. *Ad haec reponi poteſt Sannazarium, aliosque noſtrae Neapolis viros doctiſſimos, penultimam Pauſilypi contraxiſſe neceſſitate compulſos, aliter nempe illa voce uti non potuiſſent in recta Hexametrorum vel Pentametrorum compoſitione. Debuerunt ergo neceſſario aut brevem antepenultimam producere, aut penultimam longam contrahere. Praeterea advertendum hic non omnia latina vocabula ex Graecis promanantia graecam quoque proſodiam exacte ſequi. Videſis 2. Indicem Riccioli. Utrum vero ſcribi debeat Pauſilypum, non Pauſilypus, affirmat Mazzochius, negat Martorellius, Mazzochio favet Dio, & Plinius.*

(10) Pag. 678. *plurima de Mergellina illevit, quamque per Lycophronis* φαληροῦ τυρσιν *deſignari credidit, & ad id confirmandum quodnam Statii* χοιμενον *male detorquet & corrumpit. De hac re integra praeparatur Diatriba.*

(11) Pag. 710. (12) Pag. *Inſulam Megaridem, ſeu Mega-*

Taurubulae virides(13), Platamon(14), Cumana caverna(15).
Omnia laudantur, debitoque ornantur honore,
Omnia laudantur, ſic Porticus Herculis (16), Arces
Pompeji, veteres Stabiae, Paetinaque Villa (17)
Ipſaque (quis credat?) cognomina vera Veſevi (18)
Illuſtras late, & docto ſermone fatigas.
Solus ego (forſan ſtatuunt ſic barbara fata)
Solus ego, hei miſero! tibi ſum deſpectus, Amice.
Cur me neglectum, & debita ſine laude relinquis,
Cur me contemnis, dulciſſime Martorelli?

galidem, aut Megaliam ita vocitatam eſſe voluit Martorellius, eo quod ad exemplum falcis mari curva inſideret. Videſis ibid. ejus etymon Martorelliano-Phoenicium.

(13) *Pag.* 481. *conjicit & eandem inſulam ac Apragopolin, & aliam prorſus a Capreis fuiſſe, & terraemotu deſediſſe.*

(14) *Platamon locum eſſe amoenitatis plenum oſtendit p.* 710.

(15) *Commentitium eſſe antrum Sybillae oſtendit pag.* 221. *adeoque Sybillam non in ſpecu oracula edidiſse concludit, ſed in quadam Baſilica, ſeu praegrandi ad miraculum aedificio, & affabre aptatis* λιθοις *compacto. Ibid. nuperrimam Cumanae Cryptae Inſcriptionem affert.*

(16) *Pag.* 710. *ait*, Meminit etiam Petronius loca non pauca proxima Neapoli veluti cap. 106. Herculis Porticum . . . . . oppidulum nunc auguſto Regis noſtri praetorio ſuperbum, & toto orbe veteri theatro, duabus equeſtribus ſtatuis, & veteribus mille picturis celebratiſſimum, & nunc primum ſcimus, cur vulgo *Portici* nomen acceperit, *cet.*

(17) *Pompeji & Stabiarum hebraea etyma exſtant pag.* 566. *at pag.* 568. *nomen villae Retinae corruptum eſse, & Paetinae reſtituendum eſse evincit: inibi enim multa praedia habuiſse Papirium Paetum, ibique perdiu commoraſse ex Cicerone demonſtrat. Contra hoc Martorellii adſertum expectatur Diſsertatio ab politiſſimo viro, mihi amiciſſimo, quam breviter edenda.*

(18) *Pag.* 417. *Plurima de Veſuvii nominibus promit, & veteribus ſcriptoribus, qui hunc montem meminere multam lucem offundit.*

Sum nulli nocuus, rapido nec vortice torrens (19)
Praecipitor, nec agros ſterno, nec pinguia culta,
Sed me diſperſum per florea rura coloni, (20)
Perque vireſcentes ſinuoſis flexibus hortos
Inducunt, & mille modis, & mille figuris
Diſpenſant tortos cava per divortia rivos.
Per me conſurgunt cerealia ſemina ſulcis,
Per me vernat humus, florent & mollia prata.
Saepe recuſantem paſſis Pomona capillis
Oravit ſupplex: huc, o cum flumine pleno,
Huc Sebethe veni, ſine te naſcentia poma
Macreſcunt, languet tellus, viduantur & horti.
Denique, quid referam? me in dulcia Balnea mutant:
Ad me conveniunt pueri, teneraeque puellae:
Ad me concurrunt, habitant qui diſſita rura,
Quoſque ſuo mittit felix Campania ſine,
Exoptantque meo ſua tingere membra liquore,
Contactuque mei laticis, lymphaeque ſalubris
Diffugiunt morbi, ſquamas, maculaſque remittens
Ceſſat dira lues, poſſeſſaque corpora linquit.
An mea, crudelis, tibi ſordet cana ſenectus?
Nunc parvi an vultus aſpectus? an horrida barba?
Non ſum deformis, quondam me caerula Siren

Ut

(19) Sannaz. Arc. proſ.11. *Mi parea vedere il placidiſſimo Sebeto, anzi il mio Napoletano Tevere, in diverſi cavalli diſcorrere per l' erboſa campagna, e poi tutt' inſieme raccolto paſſare ſoavemente ſotto le volte d' un picciolo ponticello, e ſenza ſtrepito alcuno congiungerſi col mare.*

(20) Octavius Beltrano pag. 42. *E' queſto fiume molto famoſo per la memoria che ne hanno fatto gli Autori così antichi come moderni . . . apporta alla Città due grandi utilitadi: l' una è, che girando attorno alle paludi dà commodità di poterſi allo ſpeſſo adacquarſi, e rinfreſchar gli Ortolizj, che per queſta cauſa i terreni delle paludi di Napoli ſono così fertili, ch' è coſa di grande ammirazione: poichè in tutti i tempi dell' anno ſono abbondantiſſimi d' ogni ſorta di erbe. L' altra utilità è, che ivi colla commodità dell' acque ſi macina undici molini.*

Ut vidit, voluit dextram conjungere dextrae, (21)
Mitia, quid recolo? defixit & oſcula fronti.
Non ſum, ni fallor, non ſum deformis. Ad auſtrum
Leniter ecce fluo, mea nec ſubmurmurat unda,
Purior argento, lenique ſimillimus aurae
Somniferam duco lucenti gurgite lympham:
Candentes volucres volitant circumque, ſupraque:
Me virides herbae, me gramina pura coronant,
Meque ulmi & ſalices obtectu frondis opacant.
Eſt mihi molle torum, nec per declivia curro,
Mollis arena mihi, mea piſcibus unda natatur.
Quin etiam cryptae mihi ſunt, & vitrea tecta,
Rorantesque domus, & ſparſa ſedilia muſco.
Hic conchas ſervo maculis & murice pictas,
Hic & purpureis curvata corallia ramis.
Hic ſunt conſortes, nitidiſſima turba, puellae
Candida quaeque rigant hyali ſua penſa liquore.
Ad me, frondoſos urit dum Sirius agros,
Cum nullae ſummis reſpirant collibus aurae,
Conveniunt pueri, Sirenis candida pubes,
Et ſe nudati currenti in flumine mergunt;
Hic caput & pectus nitidis humoribus implet,
Hic trahit & verſat variis erroribus undas,
Hic modo libratur ſumma reſupinus in unda,
Et modo labentem prono capit ore liquorem,
Hic trepidos piſces uda ſectatur in ulva,
Hic canit irriguo decerpens margine flores.
Amnis (22) at ille tuus, quem currere divite vena,
Quem veterem dicis, quemque ornas laudibus, undam
Evomit inſanam, campos, ſata, ruraque ſternit
Turbidus, & virides contemnit ſemper Acerras:

 Hic

(21) *Pontanus Sebethum veluti Sirenis maritum illaudavit*
Sparge tuas, Sebethe, nuces; en colligit uxor
Parthenope . . . . *& alibi*
Parthenope Sebethon amat ec. *Videſis cap.III.*

(22) *H. e. Clanius. De quo Martorellius pag.* 682. Nil mirum ſi Lycophron Sebethi haud meminerit, utpote undarum egentiſſimi fluvii, & antiquiori hujus poëtae aevo ne nomine quidem noti: contra vero recitarit Clanium undarum divitem, ce. *Ibid. Clanii etymon raro eruditionis apparatu inveſtigat.*

Hic piceam exhalans nebulam, purum aethera turbat,
Limoſaeque ſuo conclamant gurgite ranae:
Et tot progignit corrupta animalcula fundo,
Quot rigui in noſtro naſcuntur margine flores.
Quid loquor, ah demens! ſi deſpicis omnia. Nuſquam
Flumen ego dicar? ſed vili nomine rivus.
Quis, quaeſo, Rivus per ſaecula tanta fluendo
Vixerit, aut mecum paribus defluxerit undis?
Cui querar infelix? lacrimae funduntur inanes.
Di regni undiſoni, Sebethi audite querelas,
Tuque procelloſi Rector maris, o Pater, o Rex,
Da mihi contemtos alio convertere fluctus,
Da fluvium ſpretum, inviſum tellure ſub ima
Obvelare meum, tectaſque innare ſub umbras.
Tuque, Veſeve Pater, qui me de vertice ſummo
Lugentem cernis, tibi ſi conjuncta marito (23)
Me Nolana palus peperit, grave concute pectus,
Sparge, Veſeve Pater, nocturnas ſparge per auras
Pulveream nubem, vicinoſque obrue campos,
Obrue meque tuum ſparſo ſub pulvere natum. (24)
Parthenope mihi nupta vale. Vale proxime Crater,
Ah Crater, Crater fluctu interlite noſtro!
Voſque mei memores, lectiſſima turba, valete
Delicium Phoebi, blandae Sirenis Alumni.
O Decus Italiae, Themidis fidiſſime cuſtos,
Ultima ſpeſque hujus, venerande Tanuccie, Regni,
Altera Sebethi ſuprema precantia verba,
Sis vindex noſtri ſis & Protector honoris.
Culte Cyrille vale: vale tu mihi grate Carulli: (25)
Tuque vale aeternum ſemper mihi culte Capyci, (26)
Non me Crateris per caerula nota fluentem,

Nec

(23) *Sebethi aquas non ex ſolis Veſuvii caveis emanare compertum eſt: imo Ambroſius Leo lib.I.c.1.ait, Sunt qui arbitrantur, eos latices non a Veſuvii concava, ſed de paludibus, quae ſub Abella congeruntur exortas eſse* cet.

(24) *Ignatius Surrentino cap.21. Hiſt. Veſuvii aſſerit ex Veſuvio olim haud parvum fluvium emanaſſe nomine Draconis, quem temporum ſucceſſu Veſuvianis cineribus obtrutum eſſe dicit. Simile fatum appetit hic Sebethus.*

(25) *Joſeph Carulli Juris Civilis Profeſſor de politioribus literis benemeritiſſimus.*

(26) *Cajetanus M. Capycius Theat. Ethices Profeſſor.*

Nec me tranquillo ſtringentem flumine ripas
Vicini Agricolae, vicinaque rura videbunt.
Me Thetys & Doris, me blandula turba ſororum
Me virides ſcopuli, ſinuataque litora circum,
Me flebunt piſces ſopita per alta, volucres
Me Zephyri flebunt, turbato murmure Nereus
Flebit, & a toto fugiet pax aurea ponto.
Et tu qui felix rerum penetralia luſtras,
Integer Antoni, (27) longinquis cognite terris.
Quid miſer heu tandem poſſum tibi dicere? ſola
Extremum inclamare vale mihi copia reſtat.
Amplius inſpicies. Tua jam contenta libido eſt.
Ignati (28) certa quondam mihi cognite fama,
Huc ades, & crinem nigris incinge corollis,
Collige pallentes violas, moeſtoſque hyacinthos,
Cupreſſuſque atras, & opacam collige myrthum:
Inde ſuper tumulumque meum, ſiccumque fluentum
Ter luſtrans circum lacrimoſo murmure funde.
Quo te praeterea rerum tutela mearum,
Et decus omne meum, ſuaviſſime Nicolaë, (29)
Scilicet & bene ſcis. Rerum natura priores
Deſtituet leges, & apertum per mare cervi
Depaſcentur aquas, & piſces per juga frondes
Anſer Amyclaeo jam nunc certabit olori,
Corvus & inſuetum patula dabit ilice cantum
Rurſus ad Amphryſi valles, & amoena fluenta
Ducet Apollo capras, antiquum Maenala linquent,
Caſtaliaeque choro praeerunt Melibaeus, & Aegon.
At tu, Sancheſiae, Januari, Gloria Lunae,
Feſtivos abrumpe modos, longum incipe luctum,
Incipe funereum ſumta teſtudine carmen,
Tu caſus effare meos, mea triſtia fata,
Te mare, te tellus, teque audiat arduus aether.
Tu quoque praeſentis qui diceris Oedipus aevi,
Symmache docte vale, noſtroque haec caede ſepulcro.
Fluxi olim nulli nocuus, jucundus & omni:
Areo nunc ipſis quia ſum contemtus Amicis.
Quaeque Viator iter ſiſtens legat, & lacrimetur,
Dicat &: hac olim fluxit Sebethus arena:
Haec ait, & raucus ſua vitrea tecta petivit.

FINIS.

(27) *Antonius Genuenſis, qui intenti philoſophiae lumine noſtrum adhuc ſaeculum beare ſtudet.* (28) *R. D. Ignatius Calcius in R. Archigymn. Neap. Linguae Sanctae Profeſſ.* (29) *D. Nicolaus Ignarra graecorum literarum cultu clariſs.*

INDICES DUO

A praeſtantis ingenii juvene Joanne Bertonio juniore ſaltuatim confecti.

Index I. Auctorum, qui laudantur, vindicantur, notantur, corriguntur, illuſtrantur.

ABen Esra laud. 11.
Abraham Ortellius not. 85. 108. 14.
Acoſta (Joſeph) laud. & illuſt. 160. 162.
Aeron laud. 107.
Acta S. Hippolyti ill. 15.
Adricomius laud. 12.
Aegyptius (Matth.) laud. 62.
Aeſchines illuſtr. 20.
Aeſchylus ill. 121.
Agatharchides laud. 132.
Agricola laudatur 117.
Aitſingerus (Michael) laud. 26.
Aldus laud. 5. defend. 56.
Allatius (Leo) laud. 115.
Amatus (Cajetanus) refell. 180. 181. 182. laud. 184.
Amenta (Nicol.) not. 182.
Anaſtaſius Biblioth. illuſtr. 201.
Angelis (Gherardus de) laud. 103.
Anonymus Neapol. laud. 81. 166.
Antonini Itiner. 14.
Apocalypſis XVIII. 2. XIX. 17. loca explicantur. 109.
Apollonius laud. 67.
Appion Alexandrinus refell. 18.
Aquila (Proſper de) not. 157.
Arioſtus illuſtr. 121.
Ariſtophanis Scholiaſt. ill. 20.
Ariſtoteles laud. 26. illuſtr. 140.
Aſcenſius not. 96.
Auctor de Admirabilibus not. 162.
Auctor rerum Herculanenſium laud. 168.
Auguſtinus (Antonius) laud. 130.
S. Auguſtinus explicatur. 61. laud. 161. defend. 162.
Aulus Gellius illuſtr. 189.
Auſonius (Popma) 106.

BAjardus 48.
Banerius 68.
Barberius refell. 179.
Barnes refell. 134.
Baronius laud. 79. 125.
Barrius Franciſcanus laud. 105.
Bartholoccius laud. 120.
Barthius 104.
Baſnagius not. 116.
Baſſo Baſſi laud. 58. 68. 171.
Bavarus (Landarus) illuſtr. 26.
Begerus 69.
Bekmannus 162.
Bemarteius 104.
Beroſus 22.
Blanchius (Paſchalis) laud. 48. 187.
Biondellus Fl. laud. 21.
Boccaccius explic. 71.
Bochartus (Samuel) laud. 3. 7. 18. 26. 137. illuſtr. 109.
Bollandiani 15. 80.
Bona (Scipio de) refell. 16.
Renfrerius not. 66.
Bononius (Jo:) not. 14.
Boſſuetius laud. 110.
Boylaeus laud. 182.
Braudan. defend. 84. 85. laud. 105.
Bredembachius laud. 12.
Brocardus laud. 12.
Le-Brun laud. 80.
Buffon laud. 182.
Buxtorfius notatur 114.

CAeſar (Julius) laud. 120.
Calci (Ignatius) laud. 213.
Caldarinus 104.
Calmetus laud. 24. refell. 14. not. 116. 118.
Campolongus (Emmanuel) laud. 138.
Canterus laud. 4.
Capacius laud. 13. 53. refell. 85.
Capitolinus laud. 45.
Caraccioius (Antonius) 202.
P. Caracciolus 201.
Caſaubonus not. 14.
Caſſianus laud. 27.
Caſſinus 195.
Caſtellus (Jacob) laud. 135. 40.
Caſtillo (Ferdinandus del) 15.
Celanus laud. 52. 85. not. 81. refell. 192. & ſequ.
Cellarius laud. 14. 16. refell. 97. vindic. 108.
Checozzius (Joannes) laud. 18.
Chioccarellus 203.
Cicero illuſtr. 52.
Clarkius laud. 114.
Clericus laud. 7. 22.
Cluerius laud. 16. 17. vindic. 108. refell. 127.
Colomeſius laud. 114.
Columella 12. vindic. 100.
Conſtantinus laud. 1.
Coquaeus 66.
Corſinius laud. 117. 124. refell. 155.
Cortonenſis Acad. Diſſert. 10. 18. 37.
Coſto (Thom.) laud. 187.
Creſconius (Caeſar) laud. 16.
Cruceius 104.
Cunaeus not. 116.

Cuto

Curtius illuſtr. 26.
Cyrillus (Joſeph.) laud. 211.

Damianus (Petrus) laud. 125.
Damianus Romanus laud. 104. *notatur* 138.
Dempſterus (Thom.) not. 21.
Deſiderius (Caſſinen. Ab.) 122.
Deuteronomii XXXII.22.*locus explic.*126.
Dheramus refell. 179.
Diaconus (Jo.) explic. 201. 202.
Dio Caſ. 28.
Dio (Chriſoſtomus) laud. 27.
Dionyſius explic. 41. 42.
Dionyſius (Halic.) 178.
Diodatus (Dominicus) laud. & refell. 49. *laud.* 52.
Diodorus (Sic.) reſtituitur 146. *ill.* 1. 69.
Donatus laud. 88.
Drexelius laud. 125.

Ebermajerius 69.
Eccleſiaſtes XII. 4. *ill.* 100.
Eldad Dadanita refell. 115.
Emenius laud. 120.
Enrenius refell. 79. 201.
Eſdrae XII. locus explic. 115.
Eſtius laud. 22. *explic.* 112. 157.
Euripides illuſtr. 107.
Euſtathius laud. 164.

Fabbrettus laud. 69.
Fabbri (Lauront. Cajetan.) laud. & illuſtr. 10.
Facciolatus laud. 85.
Falcus laud. 54.
Favorinus refell. 128.
Ferrarius Canoc. refell. 190.
Firmicus (Iulius) 21.
Florus explic. 14. 175.
Foglietta (Ubertus) 81.
Fontanelle (Bernardus) not. 163.
Fraſcaſtorius 184.
Franchus (Donatus) caſtigatur 86.
Froelich (Eraſmus) laud. 20.
Fullerus not. 114.

Galeus laud. 7.
Gaſſendus laud. 180.
Geneſ. XLI. 3. 17. *ill.* 23.
Genuenſis (Anton.) laud. 70. 50. 159. 160. *refell.* 171. *not.* 163. *laud.* 166.
Georgius 182.
Gerius (Franciſcus) refell. 181.
Gevartius 104.
Ghozzius refell. 179.
Giannettaſius laud. 37. 72. 101. 103.
Giorgius (Anton.) laud. 137.
Giuntini (Dominicus) 206.
Goguet laud. 156. 157.
Gorius laud. 68.
Gregorius III. 125. *explic.* 102. *& ſequ.*
Gronovius 36. 103.
Gruterus 5. 53.

Hallseus laud. 179.
Du-Hamel laud. 185.
Harpocratio laud. 20.
Herodotus rebell. 18. *laud.* 159.
Heſiodus 164. 165.
Heſychius laud. 20.
Hieronymus laud. 175.
Homerus illuſtr. 19. 20. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 164. *& ejus Hymni* 19.
Horatius ill. 122.
Huetius laud. 10.

Jannonius laud. 185.
Jerem. XVII. 6. *LXVIII. loca explicantur.*
Job XXIV. illuſtr. [illegible]
Jonathan laud. 23.
Jordanes (Fabius) 61.
Jorio (Michael de) laud. 20.
Joſeph Hebraeus vindic. illuſtr. explic. & defenditur 113. *& ſequ.*
S. Irenaeus laud. 116.
Iſaiae XXVII. 12. *illuſtr.* 22.
Juvenalis 137.

Kircherus refell. 64. 65.
Kuſterus laud. 178.

Lactantius refell. 17.
Lami (Joannes) laud. 19.
Lamy (Bernardus) laud. 123.
Lampridius illuſtr. 45.
Lapide (Cornelius a) laud. 11. 22. 23. 126. *refell.* 161.
Launojus laud. 32.
Leander not. 14.
Leibnitius 184.
Lellis (Carolus de) 201.
Leo (Ambroſius) laud. 76. 85. *not.* 189.
Leſſius laud. 125.
Licorius not. 53.
Livius illuſtr. 14. 15. 128. 171.
Luca 67.
Lubinius (Auguſtinus) laud. 1.
Lucernenſis (Laugius) refell. 184.
Lucretius explic. 100. *illuſtr.* 128.
Lycophron, quando vixerit? refell. 32. *explic. & ill.* 44.

Mabillonius (Joannes) ill. 27. 172.
Macciucca (Michael Vargas) laud. 3.
Maffejus (Scipio) laud. 11. 48. 57.
Magri (Dominicus) not. 118.
Malvends laud. 22. *explic.* 112. 158.
Mancinellus laud. 33.
Maranta (Bartholomaeus) refell. 3.
Marchcſius (Dominicus M.) not. 196.
Mariottus 179.
Marshamius Anglus 18.
Marſicanus (Leo M. Caſſ.) 175.
Martialis illuſtr. 103.
Martianus (Capella) illuſtr. 173.
S. Marci XXIII. locus illuſtr. 109.
Mazochii Veriloquium 10. *laud.* 12. 18. 22. 31. 28. 46. 49. 67. 116. 125. 152. *defend.* 153. 154. *laud.* 171. *not.* 174. *laud.* 187. *laud. & not.* 201. *laud.* 213.

Me-

ecattius lau d. 176. refell. 181. & ſequ.
Menochius laud. 22. refell. 66. explic. 111.
Mercator 161.
Meurſius laud. 4. 106.
Modoetia (Joſ. A. M. de) laud. 75. refell. 124. flaggel. 126. laud. 139.
Moutfauc. (Bernardus) defend. & vindic. 64. 65. 66.
Morinus (Stephanus) not. 21. 135.
Morinus (Marcus) laud. 116.
Morus (Lazzarus) 184.
Moſes 7.
Munſterus 115.
Muratorius laud. 44. defend. 49.
Murena (Jo.) refell. 181.

Natalis Com. not. 21. laud. 107.
Nehemiae c. 2. v. 13. illuſtr. 113.
Nic. Ant. Caraeciolus laud. 13.
Nizzolius laud. 54.
Nojae Dux laud. 187.
Nollet Ab. refell. 182.
Nonius (Marcellus) laud. vind. 177. 178. 179.

Odericus Soc. J. laud. 48.
Olſtenius laud. 114.
Oppianus Cilix explic. 20.
Origenis Interpres illuſtr. 110. 162.
Orlandus (Franciſcus) refell. 172.
Orphaeus ill. 121. 122.
D'Orvillius illuſtr. 130. laud. 140. vindic. 141.
Ovidius ill. 110. 111. 118. 121. 139. 142.

Paciaudius (Paullus M.) laud. 69.
Pagius 202.
Pamelius 162.
Papirius ill. 29.
Paralippom. L. 117.
Parrinus (Anton.) refell. 184.
Patuzzius not. 125.
Paullus Diaconus 14.
Pecchia (Carolus) not. & laud. 84.
Pedruſius (Paullus) laud. 107.
Peregrinus Campanus defend. 5. laud. 173.
Perizzonius (Jacob) laud. 164.
Perrottus defend. 111.
Petrarcha laud. 81.
Petronius Arbiter ill. 171.
Philoſtratus laud. 27. 70.
Pierius laud. 106. not. 110.
Pindarus ill. 127. 151.
Pineda laud. 118. 159.
Piovene (Petrus) laud. 84.
Plato laud. 26. 109.
Plautus ill. 40.
Plinius refell. 114. ill. & vindic. 134.
Plutarchus refell. 18.
Polybius ill. 169.
Poutaur; (Joannes) laud. 5. 16. 80. 98.
Porphyrius 162.
Portius (Luc. Ant.) laud. 117.
Potterus 4. laud. 15. defend. 43. 107.
Probus laud. 11. 110.

Proclus 162.
Procopius ill. 80. 173. 174.
Propertius ill. 100.
Prudentius ill. 15.
Pſalm. LXVIII. 3. & 16. illuſtr. 22. XLV. 5. explic. 154.

Raderus defend. 174.
Ray Anglic. refell. 181.
Redius laud. 182.
Reineſius illaud. 188.
Relandus laud. 18.
Remondinius refell. 176. ill. 180. laud. 182. laud. & not. 188.
Reſta 121.
Rhodius (Apollonius) laud. 67.
Ribera laud. 121.
Richius (Theodor.) 12.
Ripa (Caeſar) 69.
Romaeus (David) 202.
Roſinus laud. 147.
Rota (Bernardinus) laud. 63. 88. not. 98. laud. 101.
Rugerius laud. 15.
Ruinart laud. 16. 81.
Rupertus explic. 126.

Sa (Emmanuel) laud. 22. explic. 112.
Sabbatini (Ludovic.) 201.
Saliguiacus laud. 12.
Salomon R. laud. 11.
Salvini (A. M.) defend. 19.
Sanctius laud. 106.
Sanctius (S. J.) refell. 118.
Sauces de Luna (Januarius) laud. 48. 211.
Saugro (Raymundus de) laud. 32.
Sanfelicius (junior) laud. 70. refell. 84.
Sanfelicius (ſenior) laud. 71.
Sannazarius laud. 29. 36. conciliatur 41. explic. 58. laud. 59. explic. 82. 83. 98. 100. 101. not. 106. 206.
Sarno (Rubertus de) not. 55. 206.
Scaliger not. 4.
Scoto (Franciſcus) 175.
Seguinus (Petrus) laud. 89.
Seldenus laud. 18.
Seneca illuſtr. 129. 141.
Sequeſter (Vibius) laud. 86.
Seraus (Franciſcus) laud. 178.
Serry (Jacob Hyacint.) not. 118. laud. 137.
Servius laud. 13. refell. 97.
Setina (Tetinnius) ill. 179.
Severus (Cornelius) ill. 119.
Silius laud. 1. 120. 121.
Simeon R. refell. 115.
Simlerius laud. 65.
Siſenna illuſtr. 177.
Solinus 129.
Sophocles ill. 154.
Spanhemius (Eziechiel) laud. 10. 32. 88. 97. 112.
Spartianus ill. 45.
Sponius laud. 47.
Stanlejus (Thom.) refell. 64.
Statius laud. 22. explic. 29. vindic. 38. 39. ill. 40. Neapoli ſcripſit 52. explic. 202.

Sta-

Digitized by Google

Stephano (Petrus de) 201.
Strabo laud. 28. incuſat. 18. explic. 52. 111. 140. reſtituitur 146.
Suetonius laud. 22. 174.

TAcitus refell. 22. laud. 21.
Tanuccius (Bernardus) laud. 213.
Taſſus (Bernardus) laud. 71. 123.
Tertullianus 162.
Theocritus explic. 94.
Theophraſtus refell. 64.
Thevenot. laud. 67.
Tibullus laud. & illuſtr. 143.
Tirinus refell. 66.
Torellius not. 19.
Trivici Marchio refell. 13.
Trogus ill. 140.
Troylus laud. 26. laud. & not. 81. re-fell. 184. 191.
Turnebus 162.
Turnefort laud. 131.
Turre (Jo: M. de) laud. & not. 73. laud. 124. 126. 144. 147. not. 155. 162. confut. 164. not. 176. laud. 181. 182.
Turre (Philippus a) laud. 58.
Tutinus excuſatur 54. laud. 79.
Tyrius (Willermus) laud. 12.
Tzetzes 4. 108.

VAlchenaerius not. 96. 97.
Valentia laud. 125.
Valerius M. 35.
Valliſnerius laud. 180. 196.
Vandalius laud. 47.
Varennius 155.
Veenhuſinus 104.
M. Venutus laud. 68. 178.
Vghellius laud. 81.
Vianelli (Joſeph) refell. 116.
Vicus 105.
Villani (Jo:) laud. 63. 78.
Vinandus 61.
Virgilius explic. 28. defend. 33. illuſt. 88. Vindic. 96. explic. 97. 112. vindic. 127. 128.
Vitruvius notatur 144.
Vives laud. 160. 161.
Vlamingius vindic. 55. laud. 93.
Volſius refell. 161.
Volffgangus laud. 26.
Vooduardus 184.
Voſſius 134. 162.
Vrſinus 36.

XAverius (Matthaeus) not. 19.
Xiphilinus explic. & vindic. 174.

ZAcharia (Franciſcus) laud. not. & explic. 48.
Zieglerus (Jacob) ill. 26.
Zonaras illuſtr. 175.

INDICIS PRIMI FINIS.

II. INDEX
RERUM ET VERBORUM.

ABella aquis abundavit 186. ejus fluvius cur decreverit? Amphitheatrum, aquaeductus, putei, inundatio ibid. S. Paullino aquam dat 186. an Virgilius de ejus fl. cecinerit 187.
Atarnaeum nummi 107.
Aterrae an vox phoenicia 10. ab Clanii aquis infeſtatae 5. 185. earum paludes 76.
Achelous fl. 67. ejus Nymphae 88.
Acis fl. 97. in nummis quomodo viſitur ibid.
Actius, cur ita dictus Sannazarius 206. 207.
Aeneas totam circumnavigavit Siciliam 142.
Aegyptus quid ſignificet apud Homerum 24.
Aegyptiacae mulieres cur fuerint foecundae, & an ſit vera earum foecunditas 65.
Aeoliae inſulae an fuerint ignivomae Homeri aevo, quomodo ab Homero ſint deſcriptae 135. & ſeq.
Aetna non ſemper arſit 127. in ſequiori aetate magis fremuit 127. aquas vomuit 182. diſcrimen inter Aetnam & Veſuvium 174. 176. communicet cum Veſuvio 184.
Agyrrheenſis Frattia commentitia eſt 19.
Agnana palus quid de ea dixerit Martorell. 208.
Alexandrini Neapoli viſitarunt 61. 62. 63. eorum Inſcript. ibid. 53. 54.
Alphaltiticus lacus 118.
Alphaei cultus 67. leniſſimus fluxus 121.
America an noſtro Continenti juncta fuerit 162. 163. 164. & ſeq. prima ejus colonia an judaea 160. quomodo in eam appulerint animalia 160.
Animarum origo quae 161. quando Chriſti anima creata fuerit ibid.
Anio novus quis 84.
Antiochiae quot 31. earum nummi ibid.
Antiquarii ab ſuſcepto argumento ſaepe diſtrahuntur 4.
Antinous ubi periit 30.
Aqua dulcis in navigatione cur exardeſcat 139.
Aqua vulgo dicta, di Carmignano, 86.
Aqua Trajana quae 83. 84.
Aquae vivae quae 69.
Aquae ductus Sirinenſis 13. 70.
Aquae ductus. Vide Labulla.
Apamea 31.
Ara unde dicta 111. 112.
Arabes iidem ac Palaeſtini 18.
Aram quid in Scripturis 11.
Arar fl. leniter fluit 120.
Areo unde ſit dictum 111. 112.
Ares an flumen 24. 25. 106. 107. 108.
Armenia in Trajani nummo 30.
Arnon fl. 11. 26.
Arnus fl. cur ita dictus 11. ejus cultus 68.

BAcchus an vini Dominus apud Homerum 18. 19.
Baſtrus fl. 26.
Bajarum ſinus an Homeri oceanus 148.
Belliſarius quando & quem Aquae ductum ſcidit 81.
Boſtra urbs, & Boſtrenus amnis 26.
Brontontis Dei inſcriptiones 20. 21.

CAbyri quinam fuerint 168.
Cajeta, Cumae, Cicones, Circe, Cimmerii, Charybdis, Calypſo an voces phoeniciae 8.
Camarinae nummi 97.
Campanorum colonia cur Felix dicta 170.
Caprearum inſula Neapolitani fuit juris 20. amoeniſſima eſt 207. not. 7.
Caracallae nummi 30.
Caſtellanus quis 18.
Catopaxi mons aquas vomuit 182.
Catinae nummi 97.
Cephiſus fl. 67.
Cicalae montis aquae quando, quomodo, & quoties eruperunt 189. 190.
Conſtantinus an aliquam Baſilicam Neapoli aedificaverit 201. ejus inſcriptiones 53. an Labullae fecerit 201.
Concharum, quae in montibus excavantur, origo ſecundum omnes Philoſophos 184.
Clanius 4. 5. quid ſignificet 14. an fluxerit juxta Neap. 43. nullius aquae 185. torrentibus intumeſcebat ibid. unde exoritur 76. quot ſunt Clanii 44.
Clitumni cultus 68.
Crater cur, & a quo ita dictus 150. 149. an aeſtuet 164. an fuerit Homeri Oceanus 149. ejus Nymphae 204. 205.
Cryſas fl. 97.
Cumae colonia in nummis Auguſti 36. quid Martorellius dixerit de Cumana Caverna 209.
Cyclopes Hetruſci, & Latini, & an ſemper fuerint ferrarii 137. 138.
Cydnus fl. 30.
Cyrene ſolis uxor in fluminibus 58.

DAcia in nummis Trajani 66.
Danubius tamquam Deus 68.
Deorum nomina in Inſcriptionibus pri-

primo & ultimo loco appoſita 47. 48.
Diabolus ſub Draconis ſpecie Neap. infeſtavit 80. *& ſeq.*
Dragongellus fl. idem ac Sarnus 176.
Duſares quis, ejus inſcriptiones 18. 19. 20. *& ſeq.*
Duſaria quae 20.

ECHis an vox phoenicia 8.
Elyſii ubi finguntur 32. 35.
Eridanus unde dictus 11.
Eryx Cyclopum ſtatio 137.
Etymologiae ſtudium quanti faciendum 10.
Eunoſtus quis 6.
Eutychi epigraphe 45.
Eutychi pueri mors 46.
Euxinus, an de eo meminerit Homerus 153.

FOns Hortorum idem ac Sabbaticus 11.
Fons Arcis Urbanae 195.
Fons Draconis quis 123.
Fons Hieracunibinus 118.
Fontes qui incertum habent curſum 117.
Fontinalia quae 69.
Ponticulus in domo Sannazarii 82. 83.
Formiae an vox phoenicia 8.
Fiſſus Juppiter cur ita dictus 168. *an Oſci Jovi Veſuvium dicarint ibid.*
Fluvium ſubter Neapolim labere cur cives dicant 198.
Fluvius quid ſignificet apud Exodum, & in Scripturis 23.
Fluviorum cultus 67. *eorum ſacrificia ibid. cur tauris aſſimilantur* 117. *altaria dona* 67. *Fluvii infernales an culti* 68.
Fluviorum origo 180.

GAllieni nummi 30.
S. Gaudioſus duplex, cui miraculum attribui debeas 78. 79. 80.
Gigantum ruinae an ſignificent Vulcanorum ignes 171. *eorum nomina enucleantur ibid.*
Gorgones an vox phoenicia 8.
Graeci urbes juxta mare, vel flumina ſtatuebant 25. 26.
Gracchus ubi, & quomodo perierit 14.

HAdriaticum mare quomodo & cur aeſtuet 164.
Hadriani nummi explicantur 36.
Hebraeus quid ſignificet 23.
Helena de Vivo ubi denata 207.
Herculaneum an vox phoenicia 8. 141. *ejus verus ſitus ignoratur* 177. *ejus pictura* 137. *an fuerit Veſuvii ignibus obnoxium in Phoenicum aevo* 145. *Veſuvianis cineribus obrutum* 144. *Herculanei veſtigia ubi extavantur* 177.
S. Hermus an vox phoenicia 8.
Harpyiae ubi paſcebantur, aut viſitarunt 9.

JAntidos nomine notatur Violamilla 102.
Inarime an vox phoenicia 8.
Inſulae natatiles quae, & ubi 131.
Inſulae an memorentur ab Homero ſub petraeum nomine 133.
Infernus quantae latitudinis? 121. *an ſit in Vulcanis quaerendus* 125. 126.
Ipſi fl. 97.
Is fl. 35.
Italica urbs in nummis Hadriani 30.

*K*ίον, Κίβερος, Κώκυτος *an ſint voces phoeniciae* 7.

LAboris an vox phoenicia 8. *ejus terrae qualitas* 170.
Labulla quae? 86. *82. an diſtinguatur ab Sebetho ibid. an fuerit extructa a Conſtantino* 200. *quomodo de ea fabulari debeant poetae?* 86. 87.
Lami urbs an vox phoenicia? 8.
Lanceroteae inſulae Vulcani aquam vomuerunt 182.
Languni, ſeu, i lagni, a quo confecti, & quando 185. *eorum latina nomina* 186.
Lararium, & Lares 47. 48.
Laris fl. 35.
Leucogaei colles quinam 134.
Leucada petram quid apud Homerum? 134.
Limon cur non ſit vox phoenicia apud Martorellium 9. *an ſit inſula, vel pratum* 9. 10.
Limnades quae? 94. 95. 96.
Limoniades an dentur ibid.
Lipare an vox phoenicia 8. *an ignes evomuerit Homeri aevo* 130. *& ſequ.*
Liris fl. leniter fluit 121. *an ſit aquis pauperrimus* 122.
Liternum 8. *quaenam aquae in eum infundantur* 190.
Lucrinum 8. 149. 165.

MAre cur aliquando reluceat 139.
Martia aqua quae 83.
Maris aqua an ſalibus ſejungi queat 188.
Mediterraneum an aeſtuet? 164.
Megalia, Caſtello dell'Ovo 41. *quid de ea dixerit Martorellius* 208.
Meliſeus quis apud Sannazarium 206.
Mergellina an habuit Virgilii ſepulcrum 38. *an ſepulcrum Sirenis ibid. ejus fons* 134. *an diſtincta ab Leucogaeis* 135. *quid de ea dixerit Martorellius* 38. 208.
Meſopotamia in nummis Trajani 30.
Miſenus quantum diſtiterit ab antiqua Neapoli 43.
Meſella in nummis Gallieni 30.
Mutinenſis agri fluvius 198.

NEapolis civium, & exterorum ſemper extitit florentiſſima 27. *cur ſita juxta mare, & fluvium* 25. *ejus Coemeteria ibid. Cum Capreenſibus commer-*

mercium habuit 28. Sebethi nomine dicta 26. 29. ejus latinae Inſcript. an genuinae 49. in ea Helleniſmus quamdiu duraverit 49. 50. 51. & ſeq. 207. ſolitus Sebethi aquis utebatur 70. ſuperſtitioſiſſima fuit 70. an fuerit Romanorum colonia 207. Neapoli quotannis quanta aquae copia depluat 75. aquarum ſurgentiis felix 196. 197.
Neapolis alia ad Bajas 25.
Neſis unde dicta, & cur non ſit vox phoenicia apud Martorellium 9.
Nilus quid ſignificet 23. quomodo alibi dictus ibid. ejus ſtatua 62. ejus aqua non fuit foecunda 65. pueri Nilo adſtantes quid ſibi velint 66. & quid in nummis Trajani ibid.
Nola aquis abundavit 187. 188. 189. cur Maritima credita fuerit 190. morbo non ſemel infecta 190. ejus Inſcriptio 188. Horti, templa 189. aquis inundata 182. ſ. Paullino aquam denegavit 180. an ab Virgilio fuerit ex Georgic. libris excluſa 189.
Nymphae an in Fluminibus 88. quotuplicis generis fuerint? 93. 94. 95.
Nymphae aliquando ipſas aquas deſignant 83.

OCeanus quid ſit apud Homerum & Heſiodum 148. uſque ad 153. an fuerit ab antiquis cognitus 156. & ſeq. ejus varii motus 155. cur dicatur flumen apud Homerum 152. & ſeq. cur ſaepius in Odyſſea, quam in Iliade nominetur 150. unde dictus 150. 149. cur ea voce rariſſime utantur Poetae ibid.
Ocinarus ſub Sabati nomine 14. Batus quoque dictus ibid. non leniter fluit 108. an idem ac Ares ibid.
Oebalus Sebethi nepos 28.
Ophir quid ſit? 157. 158. 119. & ſeq.
Opus quid ſignificet 108. 109.
Orcus, quis 147.
Orontes fl. 31.
Ovium grex exanimatus 146.

PAlaeopolis ubi fuerit? 27.
Parthenope ubi ſit mortua 36. 37. Sebethi uxor 99. 39. duplex habuit ſepulcrum 42. ubi ſepulta 40. & ſeq.
Patricii Neapolitani laudantur 32.
S. Patricius Veſuvii valles inviſit 174.
Patulcus an vox phoenicia 8.
Pauſylipus 169. penultima an debeat produci 208. unde exoriatur ibid. an ſit neutrius generis ibid.
Petra quid ſignificet 133.
S. Petri Martyris puteus an ex antiqui Sebethi aqua coaleſcat 191. ſeq. ejus aquae qualitas 196. cur vermes genuerit. 197.
Phaeacum inſula an fuerit diſtincta ab Corcyra? 138.
Phlegraeus campus unde ita dictus 169. quinam proprie fuerit? 170.
Philippi junioris nummi 31.
Phaeton 58.
Phalerus an idem ac Mergelline? 38. 39.
Piorum fama & pietas 129. 130.
Pompeji an vox phoenicia 8. 145. an Phoenicium aevo Veſuvii cineribus fuerint obnoxii ibid. cingebantur ab Sarno fl. 178. Inſcriptiones 47. 48.
Pontus quid ſignificet 150. 151.
Porchetta, ejus ludi 73. 74.
Puteoli 8. quid de eis ſcripſerit, ſcribetque Martorellius 208. ejus mons novus 124. an omnes Fabulae ad puteolos referri debeant 165. 166.
Putei, qui cum mare aeſtuant 195.

REſtituere cujus aetatis 45.
S. Reſtitutae corpus quando Neapolim fuit translatum 202.
Reſinae aquae 179. ejus litteratum ſaxum 181. quid de ea ſcripſerit Martorellius 209.
Rhenus Deus 69. ejus cultus 68.
Roſcidus quid ſignificet? 100.
Ros aliquando idem ac aqua ibid.

SAbatus Terinae idem ac Ocinarus 105.
Sabatus Benevent. an probetur ex veteri monumento 14. an ſit dictus Samnium ibid. an ſit rivulus 105. eſt S. Hippolyti morte clariſſimus 15. non memoratur a Prudentio, ejus piſces manſuetiſſimi ibid. cur eum non memoraverit Livius 14. cur ita dictus 16.
Sabbaticus fl. an extiterit, an VII. die exaruerit, leniter fluxerit, quantae aquae 113. & ſeq. diſtinguitur a Sabbathio ibid.
Sabbathium fl. quid de eo fabulentur Judaei 115. fingitur immenſam aquam volviſſe 116. hanc de Sabbathio fabulam unde hauſerunt judaei? 115.
Sabazius quis 22.
Sabadius quis 21.
Sabbatum unde dictum 17. 18.
Save fl. leniſſimus 171.
Samnium eſt nomen regionis, urbis, an fluvii? 13.
Sarnus fl. qua fluxerit 178. eſt Sabato minor 105. lenis eſt 121. idem ac Dragonellus 179. an ex Veſuvio fluxerit ibid. an ſit vox phoenicia 8.
Sibboleth quid ſignificet 22.
Sitoe an incertis horis fluxerit 116. fuit aquarum pauperrimus 121.
Sirenes quomodo habuerint pedes 110. 111.
Scyllae ſcopulus 131. 132. plurimos petras habuit 132. an ignes in eo finxerit Homerus 139. 140.
Solis inſula quae, & an fuerit miſerabilis 89. 90. 91.
Sol an habuerit cum fluminibus commercium 58.
Sperchius fl. 67.
Stellatina tribus 17.
Stabiae an vox phoenicia 8. an Veſuvianis cineribus obnoxiae in Phoenicum aevo 145.

Sta-

Digitized by Google

Statinae inſ. an terrae tremore deſederint ? 177.
Sulfatara deſcripta 169. 170. *an communicet cum Veſuvio* 184.
Summa quando condita 148. *ejus aquae* 179.
Summanus quis 141.
Symethus fl. 117. *incertum curſum habet ibid.*

TArſus 30.
Tegula Aquaria quae 188.
Terraemotus Campanus 145.
Thebae an fuerint inſula 33.
Tharſis quid in S. Scripturis ſibi velit 158.
Thianum vox phoenicia 10.
Ticinus fl. leniſſimus 120.
Trajani nummi 30.
Trementina tribus 17.
Tripaldus fl. 15.
Tripaldina ſilva ibid.
Thrinacia an vox phoenica 8. *an fuerit diſtincta ab Sicilia* 89. 90. 91. *& ſeq.*
Trulla unde, & quid ? 178.
Turris jopparellorum quae 26.
Turris Phaleri 4. 38. 43. 44. 208.
Turris Octavae flumen 176.

VApores cur ſalibus privantur 183.
Veſeris flumen, an caſtellum 177.
Veſuviani Populi quinam fuerint 178.
Veſuvius an vox phoenicia 8. *unde dictus ſecundum Martorellium* 9. *ſecundum Mazochium* 169. *Mundo parilem habet antiquitatem* 123. *ejus ignes non fuerunt ſemper* actuales 124. *neque* infernales 125. 126. *quondam non ardebat* 126. *quando ardere coeperit* 144. *Phoenicum aevo neque exarſit* 145. *cur dicitur*, Monte di Somma, *an ſit dictus* Summanus 147. 148. *aureae aetatis Scriptores nil de Veſuvianis ignibus ſcripſerunt* 175. *& ſeq. Strabonis aevo viridiſſimus erat* 172. *ſuis vallicculis ſinuoſus* 174. *quando bituminoſos torrentes evomere caepit* 175. *fuit aquarum gravidiſſimus* 175. *Ejus fluvii* 176. *cur fluvii Veſuviani exaruerint ?* 179. *& ſeq. an marinas aquas evomuerit Veſuvius* 181. *an Oſcorum aevo exarſerit* 169. *an Veſuvii culmina arbores habuerint ?* 172. 173.
Veſuvius quando barathro hiare caepit? 175. *in duplicem verticem diviſus* 176.
Volterrae, ſeu Voluterrarum monumentum 137.
Vulcanus an in noſtra Campania victitaverit 148. 168. *an fuerit in noſtrum Craterā ejectus ibid. ubinam ferrariam officinam primo habuerit, & quae in illa fabricatus ſit ? ibid.*
Vulturnus an vox phoenicia 8. *ejus acolarum fabella* 11.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

Gianfranceſco Paci pubblico Stampatore, ſupplicando eſpone all' Em. V., come deſidera dare alle ſtampe un' Opera intitolata, *Vindiciae Sebethi Neapolitani, &c.*, compoſta dal Diacono D. Antonio Vetrani. Supplica pertanto l' Em. V. di rimettere la reviſione a chi meglio le piacerà, e l'avrà ut Deus, &c.

Adm. Rev. Dominus D. Dominicus de Jorio S. Th. Profeſſor, & Curiae Archiep. Examinator revideat, & in ſcriptis referat. Datum die 20. Junii 1767.

PHILIPPUS EP. ALLIF. VIC. GEN.

JOSEPH SPARANUS CAN. DEP.

EMINENTISSIME DOMINE.

Opus, cui titulus *Vindiciae Sebethi* &c. plurima eruditione refertum, ad res patrias ab origine ſua illuſtrandas non parum accomodatum, calamo nitidiori exaratum, juſſu E.V. ſumma hilaritate perlegi. Demiratus ſum in eo Auctoris ingenium ſagaciſſimum, atque ad novos, nobilioresque foetus in lucem edendos aptiſſimum. Cumque nihil ibi offendi quod fidei, & moribus adverſetur, quodque ſtilo cenſorio queat notari, ſi videbitur E. V. poſſe typis excudi cenſeo.

Datum Neapoli decimoquarto Calendas Octobris 1767.
E. V.

Obſequentiſs. & addictiſs. famulus
Dominicus de Jorio.

Attenta Relatione Domini Reviſoris imprimatur. Datum Neapoli die 25. Octobris 1767.

PHILIPPUS EP. ALLIF. VIC. GEN.

JOSEPH SPARANUS CAN. DEP.

S. R. M.

SIGNORE

GIanfranceſco Paci pubblico Stampatore di queſta voſtra Capitale, ſupplicando eſpone alla M. V., come deſidera dare alle ſtampe un' Opera intitolata, *Vindiciae Sebethi Neapolitani, &c.* compoſta dal Diacono D. Antonio Vetrani. Supplica pertanto la M. V. di rimettere la reviſione a chi meglio ſtimerà e piacerà, e l'avrà, ut Deus &c.

A. & M. D. D. Michael Angelus de Ruberto in hac Regia Studiorum Univerſitate Profeſſor, revideat, & in ſcriptis referat. Datum Neapoli die 2. Junii 1767.

NICOLAUS DE ROSA EP. PUT. C. M.

ILLUSTR. ET REVER. DOMINE.

EA, qua potui diligentia, & accuratione Antonii Vetrani librum perlegi, qui inſcribitur: *Vindiciae Sebethi Neapolitani* cet. ubi diſertiſſimus Auctor mira ſermonis elegantia, & concinnitate, atque omnigena eruditione, Sebethi originem, vetuſtatem, famam, cultum, atque antiquam magnitudinem ex reconditiſſimis vetuſtatis penetralibus eruere conatur. Mirum ſane videri poteſt argumentum non ita foecundum tam fuſe pertractaſſe. Quantum vero ex ea lucubratione Doctiſſimo Auctori laudis debeatur, videant Φιλαρχαιοι. Quod pro certo affirmare licet, nihil in elaborato opere rectis moribus, neque regiis juribus adverſarium deprehenditur; ac propterea nihil hac de cauſſa obſtare videtur, quo minus typis imprimatur.

Addictiſs., & Obſequentiſs. famulus
Michaël Angelus Ruberti Prof. Regius.

Die 7. menſis Decembris 1767. Neapoli.

Viſo Reſcripto Suæ Regalis Majeſtatis ſub die proximi elapſi menſis Novembris currentis anni, ac relatione A. M. D. D. Michaelis Angeli Roberti, de commiſſione Rev. Regii Cappellani Majoris, ordinis præfatæ Regalis Majeſtatis.

Regalis Camera S. Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inſerta forma præſentis ſupplicis libelli, ac approbatione dicti Reviſoris. Verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica. Hoc ſuum.

GAETA. PERRELLI.

Ill. Marchio Citus Præſes S. R. C. tempore ſubſcriptionis impeditus, & ceteri Illuſtres Aularum Præfecti non interfuerunt.

Reg. fol.

Carulli. Athanaſius.

VAI 1534091

J. 20.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

